BABRII
MYTHIAMBI AESOPEI

EDIDERVNT

MARIA JAGODA LUZZATTO
ET
ANTONIUS LA PENNA



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1986

Bibliotheca
scriptorum Graecorum et Romanorum
Teubneriana
ISSN 0233-1160
Redaktor: Günther Christian Hansen
Redaktor dieses Bandes: Günther Christian Hansen

ISBN 3-322-00339-6

1. Auflage
VLN 294/375/97/86 · LSV 0886
Lektor: Manfred Strümpfel
Printed in the German Democratic Republic
Gesamtherstellung: INTERDRUCK Graphischer Großbetrieb Leipzig,
Betrieb der ausgezeichneten Qualitätsarbeit, III/18/97
Bestell-Nr. 666 241 3
09600

PRAEFATIO

Quarto ante huius saeculi initium anno (1897) Otto Crusius in Bibliotheca Teubneriana Babrium edendum curavit: quantum ille de Babrianis et Aesopicis studiis meritus sit inter omnes constat. sed denuo Babrium edere oportebat postquam codex Cryptoferratensis in lucem rediit: nam Napoleonis aetate surreptus, temporibus nostris ultra Oceanum, quasi altera Arethusa, emersit. eo usus est in Babrio edendo (1965) Ben Edwin Perry, qui in studia Aesopica paene per omnem vitam incubuit et multum provectus est; sed ille, cum in Loebiana Bibliotheca Babrium cum Phaedro ederet, Loebianae normae apparatum criticum accommodatum coartavit et raro in textu immutando feliciter evasit.

M. J. Luzzatto codices Babrianos ceterosque fontes denuo excussit, Babrii traditionem Byzantinam totam perlustravit, edendi rationem statuit. Prologos, omnes fabulas (1–144) et fragmenta commentario critico et apparatu locorum similium instruxit, textum Prologi prioris et fabularum 1–80 constituit, Babrii fragmenta ex paraphrasibus Byzantinis restituit (deperditarum fabularum quae in solutam orationem refictae sunt illas tantum adiunxit quarum textus partim restitui posset. ceterae, quas nulla certa ratione Babrio tribuas, a Knoell et Chambry bene editae praesto sunt: alii fortasse denuo editionem integram curabunt paraphrasibus fabularum inclusis quarum textus Babrianus exstat); Prolegomenon capita III (De codicibus, papyris et testimoniis), IV (De codicum auctoritate et cognatione), V (De Babrii arte metrica), VI (De Babrii sermone et stilo) composuit, ipsaque Indicem verborum et Conspectum studiorum curavit.

A. La Penna textum alterius Prologi et fabularum 81–144 constituit, omnes fabulas (exceptis fragmentis) apparatu fontium et cognationum instruxit, Prolegomenon capita I (De Babrii nomine atque aetate), II (De Babrii fabularum origine et cognationibus) composuit.

Doctis viris qui aedibus Teubnerianis Lipsiensibus praesunt, in primis Dr. habil. G. Chr. Hansen, gratias agimus quod nobis confisi laborum exitum multa cum indulgentia et benevolentia exspectaverint.

M. J. L. A. L. P.

PROLEGOMENA

1. DE BABRII NOMINE ATQVE AETATE

1. Haud dubium est quin fabularum scriptori nomen fuerit *Βάβριος*. genetivum *Βαβρίου* testatur Iulianus imperator (test. 1), nominativum *Βάβριος* Avianus (test. 2); viri docti Byzantini inter *Βαβρίας* et *Βάβριος* fluctuantur: utrumque testatur Suidas (test. 3), *Βαβρίας* Tzetzes (test. 4); in Ignatii Diaconi codicibus genetivus *Βαβρίου* plerumque exstat.[1]) nominativum *Βάβριος* confirmant inscriptiones Latinae quae hoc nomen gentilicium adservant.[2])

Cum nomen apud Latinos raro, apud Graecos rarissime occurreret, in formas varias corruptum est. codex A, inter Babrianos praestans, in titulo genetivum praefert *Βαλεβρίου*. cuius monstri non obscura est origo: cum prior scriba *Βαβρίου* in *Βαλερίου* corrigere voluisset (*Βαλέριος* autem aliud non est nisi *Valerius*, nomen gentilicium notissimum, Graecis litteris transcriptum), scriba alter ignarus duas formas conflavit. codex Parisinus Gr. 2515, saec. XIV scriptus, qui in miscellaneis fab. 58 tradit, pro titulo habet *Βαλερίου χωριαμβικοὶ στίχοι ἐκ τῶν Αἰσώπου μύθων*.[3]) codex Harleianus 3521, saec. XVII exaratus, qui eandem fabulam et eundem titulum recepit, nomine altero iuxta alterum collocato, *Βαβρίου Βαλερίου* habet, sed *Βαλερίου* ante *Βαβρίου* exarare inceperat: Harleianum ex Parisino hausisse opinor, nec facile probari posse utrumque ex A vel alio communi fonte pendere. nomen *Valerius* nulla auctoritate niti mihi videtur et ei nimium tribuisse pondus Crusius[4]) aliique, qui tamen pro vero accipere ausi non sunt. in quibusdam Ignatii Diaconi codicibus pro genetivo occurrunt *Φαβρίου*, *Χαβρίου*, *Γαβρίου*; nomen *Γαβρίας* diu etiam post medium quod dicitur aevum superfuit.

Satis etiam constat nomen *Βάβριος* Italicum esse prosapia: numquam enim in Graecis inscriptionibus aut aliis Graecorum monumentis, aliquando in inscriptionibus Latinis occurrit. vetustissima (CIL I^2 677 =

1) Cf. Crusius, proleg. XXIV.
2) Vide infra.
3) De hoc codice cf. J. Vaio, New Non-Evidence for the Name of Babrius, Emerita 48, 1980, 1–3.
4) De Babrii aet. 192; RE II 2657.

X 3779 = ILS 3340), Capuae reperta, anno 106 a. Chr. n. confecta, testatur duos libertos, quorum utrique nomen gentilicium Babrius, alteri praenomen Publius erat, magistrorum Cereris collegio adscriptos esse.[1]) liberti ex more gentilicium dominorum nomen receperant. Asisii Babriorum familia in nobilitate locum habuit: nam in CIL I^2 2112 (prius 1412 = XI 5390 = ILS 5346 = ILLRP 558) inter *marones*, scilicet inter clarissimos civitatis magistratus, occurrit *Ner(o) Babrius T(iti) f(ilius)*. aut idem aut eiusdem nominis vir aut eius pater occurrit in inscriptione aetatis Sullanae (CIL XI 5389) ubi Umbrorum sermo Latinis litteris incisus est.[2]) idem gentilicium nomen viri et mulieres, liberi et liberti in recentioribus inscriptionibus habent.[3]) de eius etymologia et origine nihil constat. id ex *barba* per *μετάθεσιν* ortum Crusius dubitanter coniecit, sed non multis persuasit.[4]) cum in Umbria, in Latio, in regione quae nostra aetate Abruzzi nominatur et in Campania interluceat, Italicum videtur. iam extremis liberae rei publicae temporibus, postea Caesarum aetate apud nationes quae Graeco sermone utebantur multi fuerunt qui aut ab Italia migravissent aut ab Italis avis orti essent; ex illis quidam, velut Aelianus aut Sallustius, doctrina clari exstiterunt. non est cur Semiticam nominis originem excogitemus[5]): viam in orientem vergentem, a quibusdam doctis viris temptatam, paene omnes deseruerunt.

2. Latinum nomen quosdam viros doctos, immo in hac re doctissimos, induxit ut in fabulis Babrianis Latinae originis vestigia rimarentur. longum est, et magna ex parte futile, omnia argumenta excutere: pauca leviter attingam. in fab. 95 leo moriturus cervae aures comprehendere

---

1) De hac inscriptione cf. M. Frederiksen, Republican Capua. A Social and Economic Study, Papers of the British School at Rome 27, 1959, 83–94.

2) De hac inscriptione cf. E. Vetter, Handbuch der italischen Dialekte, Heidelberg 1953, 168 (par. 236); G. Bottiglioni, Manuale dei dialetti italici, Bononiae 1954, nr. 113, 3. Vetter 6 etiam alterius inscriptionis mentionem facit Larini repertae, ubi nomen Babrii [. . .] occurrit; eam pro falsa agnoscit, sed verba putat ex vetusta inscriptione sumpta.

3) CIL V 971 (Aquileiae); VI 13450; 13451; 13452 (Romae); 32520 col. IV l. 48 (Romae; Q. Babrius Ferox miles ab Aeclano in exercitum conscriptus erat); VIII 11458 (Hr. el-Ktabh in provincia Byzacena); IX 1226; 1227; 1228; 1229; 1230 (Aeclani); 4638 (Montereale in valle Velini superiore); XI 8021 (Asisi).

4) Cf. W. Schulze, Zur Geschichte der lateinischen Eigennamen, Berolini 1904, 103.

5) Cf. ex. gratia M. Ficus, Quid de Babrii poetae vita indagari possit quaeritur, Progr. des Augusta-Viktoria-Gymn. zu Posen 1906, qui nomen derivat „aut ex lingua Persica, ubi *babr* pardalis vocatur, aut ex lingua Arabica, ubi *wabr* hyracem Syriacum (Schreberi) significat, quem nos Klippdachs vocamus“ (verba rettuli Augusti Hausrath, Berl. Philol. Wochenschr. 26, 1906, 1603). Hausrath, qui de Fici opusculo diiudicavit, cum doctos Semiticorum sermonum consuluisset, originem Persicam refutavit, Arabicam pro non futili habuit.

temptat ut eam ad se attractam devoret (39sqq.). vulpes autem cervae persuadere conatur leonem aures tangere voluisse 'sicut patrem moriturum': nam in animo habuisse ei omnia praecepta tradere quibus observatis regnum receptum optime administraret. putavit Crusius vulpem de Romanorum antestatione cogitare[1]): ex Romanorum iure si quis in iudicium adducere volebat eum a quo iniuriam accepisset, non nisi teste advocato manum iniciebat: eius autem quem pro teste advocaret aurem tangens formulam recitabat: *licetne antestari?* monet Crusius in testamentis quoque eodem gestu et formula Romanos usos. sed aurem tangebant eius quem pro teste advocarent, non eius qui testamentum acciperet. aliter res se habet in fabula: pater moriturus (regi autem mos optime convenit) filio vel ei qui in regnum succedit ultima praecepta tradit et aures apprehendit quasi benevolus moneat, et ad se attrahit quo facilius audiat (nam notandum est leonem aegrotantem debili voce uti). fortasse leo idem significat quod apud Vergilium (buc. 6, 3sq.) Apollo, cum Tityri *vellit aurem* ut moneat: ubi hoc est cum antestatione commune, quod in aure memoria suam sedem habere creditur. Heyne in commentario ad Vergilium exempla indicavit Graecis gemmis insculpta.[2]) aut fortasse, cum benevolentia et amor saepe in monendo suum locum habeant, vulpes cervae persuadere vult non aliter leonem se gerere quam eos qui osculantes in amplexu aures comprehendunt, quem gestum Graeci *χύτραν* nominabant et aliquot testimonia declarant[3]): Babrius prius plurali numero utitur (40 *οὔατ'*), etsi alio loco singularem tolerat (71 *ὠτός*).

Fabulam 11 putavit Crusius ab Italia potius quam ab orientalibus terris originem traxisse et ab eodem fonte Italico hausisse Ovidium (fast. IV 679sqq.), cum ritum et fabulam referret Carseolis, in Paelignorum parva urbe, narratam.[4]) varias fabulae narrationes (VT, Iud. 15, 4sq.; Aphth. fab. 38 = CFA I 2 p. 150) subtiliter inter se comparare nunc non

---

1) De Babrii aet. 185sq.

2) Ex Latinis scriptoribus cf. etiam Copa 38; Val. Max. I 5, 8; Phaedr. V 5, 32; Calp. 4, 155sq.; Sen. de vit. beat. 10, 3; Plin. N. H. XI 251; Amm. Marc. XXII 3, 12. gemmarum exempla quales Heyne indicavit invenies in Antike Gemmen in deutschen Sammlungen I 3 (1972) 114sq. nr. 2872 tab. 273; II (1969) 198 nr. 562 tab. 96; III (1970) 156 nr. 587 tab. 79; 219sq. nr. 94 tab. 96; 220 nr. 95–96 tab. 96; IV (1975) 302 nr. 1652–1654 tab. 219. hae gemmae fabricatae sunt fere II vel III saec. p. Chr. n. inscriptum est saepe *μνημόνευε*, raro *memento*. etiamsi concedas Romanos primos memoriae sedem in aure posuisse, non denegabis Graecos iam saec. II p. Chr. n. opinionem accepisse.

3) Cf. Theocr. 5, 132sq.; Plaut. Asin. 668; Poen. 375; Tib. II 5, 91sq.; Plut. mor. 38c; Luc. dial. mor. 3, 2; Clem. Al. Strom. V 652 P.; Aristaenet. I 24; Polluc. X 100; K. F. Smith ad Tib. loc.; A. F. S. Gow ad Theocr. loc. talia oscula non solum viri et mulieres dabant cupidine incensi, sed etiam parentes et nati.

4) De Babrii aet. 183sqq.

oportet neque cognationes definire.[1]) in Vetere Testamento, apud Babrium et Aphthonium flamma vulpis (vel vulpium) cauda diffunditur; paulo aliter Ovidius, fast. IV 705sq. *captivam* (*scil. vulpem*) *stipula faenoque involvit* (*scil. puer*) *et ignes / admovet: urgentes effugit illa manus*. apud Ovidium et in Vetere Testamento vulpes aliorum messes in proximis agris vastat, apud Babrium et Aphthonium messes incendit ipsius qui ignem in cauda posuerat: ergo Babrius fabulam recepit ad aliam sententiam aptatam. diversi excreverant rami eodem trunco, scilicet narratione in orientalibus terris tradita, inde a Graecis Hellenistica quae dicitur aetate recepta; fortasse Babrius in Syria vel in proximis regionibus eam audiit vel legit. non concludendum est Ovidium Carseolanum ritum finxisse[2]), sed conicere licet eum ex Graeco fonte fabulam hausisse ut ritus originem explicaret: scilicet eum nec ritum nec *τὸ αἴτιον* finxisse, sed ea coniunxisse. etsi concedi potest aliquando Babrium Romanorum mores non ignoravisse, notandum est Romanorum mores etiam apud nationes esse receptos quae in eorum dicionem venissent.

Alia argumenta e metris et sermone Babriano philologi excogitaverunt ut Babrium Latinis litteris imbutum ad Latinas normas se accommodare probarent, et pro validissimo habuerunt quod apud Babrium paenultima choliambi syllaba semper et communem verbi ictum et ictum metrici pedis sustinet; sed hoc argumentum M. J. Luzzatto suo loco refutabit. quaestiunculam unam tangam ut probem quam fallaci via quandoque Crusius processerit: in 91, 7sq. *γνώσῃ / πόσον τράγου μεταξὺ καὶ πόσον ταύρου* putavit ille Babrium Romanorum sermonem imitari qui aliquando praepositivum *inter* duplicant (cf. Cic. Lael. 95 *quid intersit inter popularem et inter constantem*)[3]); sed notandum est Babrium *πόσον*, non *μεταξύ* duplicavisse.

In fabulis Babrianis indicia dispicere possumus quae probant Babrium aut in Syria aut in proximis Syriae terris Graecis litteris et moribus esse imbutum. Syros (scilicet Assyrios, quos a Babyloniis non distinguit) fabulas Aesopicas primos finxisse in altero prooemio testatur, quod indicium, etsi non certum, neglegendum non est. Arabum mores et ingenium se expertum esse (57, 12 *ὡς ἐπειράθην*) fatetur, quod facilius evenire potuit in terris quae Arabas attingerent vel cum illis multa haberent commercia. Arabs cum suo camelo occurrit in fabula 8, quam solus Babrius tradit. tota Graeca est Babrii religio: neque enim ulla vestigia Italica vel Romana elucent, neque orientalia facile est dispicere.

---

1) De hac re cf. F. Bömer, Wien. St. 69, 1956 (Festschrift A. Lesky), 383sq.
2) Ovidium ipsum ritum finxisse coniecit F. Bömer 373sqq.
3) De Babrii aet. 180.

Ergo concludere licet Babrium Graecum fuisse in Syria vel proximis terris ab Italicis avis aut ab Italorum liberto ortum. qua aetate vixerit minus constat. ante annum 207 p. Chr. n. eius fabulae editae sunt: nam hoc anno, vel paulo post, composita sunt Pseudo-Dosithei Hermeneumata, quae duas fabulas Babrianas (84 et 140) receperunt. partes fabularum 43, 110, 118 et 25 restituit papyrus Oxyrynchi reperta (Oxyr. Pap. X 1249). Grenfell et Hunt, qui papyrum ediderunt, saeculo p. Chr. n. II exeunte scriptam putant, sed concedunt eam vetustiorem haberi posse; alii docti viri, quos consului, cum iis consentiunt, post saeculum I exaratam papyrum pro certo habent.

3. Parcior est Babrius quam Phaedrus in rebus suae aetatis tangendis: etiam in prooemiis nulla nobis certa donat indicia. in priore prooemio Branchum quendam adloquitur, quem paterno cum animo filium (*ὦ Βράγχε τέκνον*) appellat: quod inducit ut eum pro Babrii discipulo habeamus. in prooemio altero adloquitur Alexandri regis filium (*ὦ παῖ βασιλέως Ἀλεξάνδρου*): ibi Branchi nomen non occurrit, sed ex ultimo prooemii versu (*ἐκ δευτέρου σοι τήνδε βίβλον ἀείδω*) concluditur utroque prooemio eidem viro fabulas esse dedicatas, ergo Branchum Alexandri regis filium fuisse. nullum Alexandrum novimus Branchi patrem, at Alexandrorum qui ante saeculum III p. Chr. n. vixerint paene turba est. docti viri inter saeculum III a. Chr. n. et III p. Chr. n. fluctuati sunt: ut duo exempla afferam, Th. Bergk de Alexandro cogitavit Crateri filio, qui anno 244 a. Chr. n. a patruo Antigono Gonata veneno necatus est, O. Schneider de Alexandro Antonii et Cleopatrae filio.[1]) nostris quidem temporibus, postquam docti viri omnia, praesertim sermonem, perpenderunt, nemo Babrii aetatem ante saeculum I p. Chr. n. collocat. fere creditur Babrianum Alexandrum fuisse Iulium Alexandrum, Iudaeum natione, ab Herode, famoso Iudaeorum rege, ortum, qui Iotapen, Antiochi, Commagenes regis, filiam, in matrimonium duxit et a Vespasiano minusculum in Ciliciae parte regnum accepit: de eo aliquid tradit Flavius Iosephus, Ant. Iud. XVIII 140, sed nomen Ciliciae partis, in qua regnavit, corruptum est neque ullum certum remedium excogitari potuit.[2])

1) Doxographiam invenies apud Crusius, De Babrii aet. 132sqq.

2) *γαμεῖ δ' οὗτος* (scil. Alexander) *Ἀντιόχου τοῦ Κομμαγηνῶν βασιλέως θυγατέρα Ἰωτάπην* †*ἠσίοδος*† *τε τῆς ἐν Κιλικίᾳ Οὐεσπασιανὸς αὐτὸν ἵσταται βασιλέα.* pro corrupto *ἠσίοδος* varia docti viri temptaverunt: *Ἰσσιάδος* Lachmann, *νησιάδος* vel *νησῖδος* (scil. insulae Elaiussa – Sebaste) vel *Κήτιδος* alii (*πεδιάδος* Perry, Babrius and Phaedrus XLIIIsq., quod etiam minus persuadet; *Κιητίδος* malit R. D. Sullivan, Priesthoods of the Eastern Dynastic Aristocracy, in Studien zur Religion und Kultur Kleinasiens, Festschrift für F. K. Dörner, Lugduni Batavorum 1978, 936). Babrianum Alexandrum eundem esse ac regulum Ciliciae iam coniecit Lachmann (cf. Crusius, De Babrii aet. 157); coniecturam post alios probavit Perry XLVIIIsqq.

ea aetate, eo loco, Syriae propinquo, vivere potuit Babrianus Alexander; sed de Alexandro Branchi patre nihil constat: quare Lachmanniana coniectura non pro certa haberi potest neque opinio reici Babrium post Flaviorum et Traiani aetatem vixisse. parvum in Cilicia regnum Alexandri heredes, ut videtur, non receperunt, sed, cum Herodis progenies regia esset, fieri potuit ut titulum *βασιλέως* scriptores et adsentatores, nulla publica auctoritate nisi, aliis ab Herode prognatis tribuerent: absurdum non est, ut exemplo utar, poetam eo titulo appellasse Iulium Alexandrum Berenicianum, annis 131/132 aut 132/133 p. Chr. n., Hadriano imperatore, Asiae proconsulem, fortasse reguli Ciliciae filium, haud dubie ex eadem familia ortum[1]); ceterum in Asia et propinquis regionibus alii reguli fuerunt quos oblivio obruit. nomen Branchus, nisi ficticium est, cum Apollinis cultu coniungendum est: nam Branchidarum progenies in magnam venerat famam quod Didymis, priusquam a Persis caperentur, Apollinis templum et oraculum coluerat: nomen, quod quidem sciamus, rarissimum fuit, sed in Asia aliqua vestigia fortasse manserunt. Babrianus sermo, de quo breviter disseret M. J. Luzzatto, saeculo II post Chr. n. aptior est quam I. ex altero prooemio (9 sqq.) intelligitur Babrii fabulas celeriter esse vulgatas: quare haud absurdum videtur eas iam saeculo II exeunte vel III ineunte lectitatas esse, etiamsi Babrius non multo prius edidisset.

2. DE BABRII FABVLARVM ORIGINE ET COGNATIONIBVS

1. Satis constat fabulas Aesopicas iam Hesiodi et Archilochi temporibus in litteras Graecas ingressas esse; sed fabularum collectiones, si paucas fabulas excipias quas scriptor ignotus in Vitam Aesopi inseruit, non exstiterunt ante Hellenisticam quae dicitur aetatem: vetustissima videtur Demetrii Phalerei collectio.[2]) pro certo haberi potest collectionum quae usque ad nostram aetatem traditae sunt vetustissimas Phaedrum et Babrium composuisse: nam recensio Augustana fabularum quae soluta oratione utuntur non ante saeculum I vel II p. Chr. n. exstitit, fortasse serius; saeculo IX vel X eam collocat M. J. Luzzatto. quare Phaedrus et Babrius maximi sunt momenti in vetustarum fabularum historia adumbranda.

---

de Iulio Alexandro cf. Groag, RE X 150 sqq. (Iulius nr. 57); D. Magie, Roman Rule in Asia Minor, Princeton 1950, I 576; II 1439 (qui *Κιητίδος* apud Flavium Iosephum legere malit).

1) Cf. Groag, RE X 157 sq. (Iulius nr. 60); D. Magie, II 1479 sq.; 1584.

2) Post multos alios, inter quos eminet Perry, de deperdita Demetrii collectione nuper disseruit F. R. Adrados, Historia de la fábula greco-latina, Editorial de la Universidad Complutense 1979, I 421 sqq.

2. Babrium a Phaedro nihil derivasse fere pro certo habetur (veteres coniecturas omitto, quas omnes docti viri reiecerunt). si Babrianae collectioni in vetustarum fabularum silva suum locum tribuere velis, incipere oportet a fabulis quas et Phaedrus et Babrius et recensio Augustana adservaverunt. hae autem apud Babrium sunt (qui apud Babrium et in recensione Augustana respondeant loci, qui scriptores antiqui easdem tradiderint fabulas in primo cuiusque fabulae apparatu inspicere potes): 17, 19, 22, 31, 43, 50, 66, 77, 79, 89, 93, 94, 103, 107, 115, 129, 140, 141, 143.

93, 103, 107, 140 non in Phaedro exstant qui mutilus ad nostram aetatem pervenit, sed apud Ademarum qui ab eo pendet. ex fabulis quas M. J. Luzzatto restituit 4 et 15 addere oportet. in hac serie etiam fab. 3 collocare licet, quae apud Phaedrum et Aphthonium occurrit.

Nimis longum est cuiusque fabulae narrationes inter se comparare; sed pauca exempla sufficient ut demonstrem Phaedrum et recensionem Augustanam in fabularum parte adfines esse, Babrium autem ex alio fonte suam narrationem derivasse.[1])

A fabula incipiamus lupi et agni, inter omnes notissima, cui Phaedrus primum locum tribuit. apud Babrium 89 lupus agnum accusat: (1) quod proximo anno sibi contumeliam dixerit; (2) quod herbam suam carpserit; (3) quod aquam ex suo fonte hauserit; apud Phaedrum: (1) quod sibi bibenti aquam turbulentam fecerit; (2) quod ante sex menses male dixerit sibi; (3) quod pater eius sibi male dixerit. in recensione Augustana (CFA 160) duae tantum occurrunt accusationes: prior eadem est quae apud Phaedrum, altera quod agnus proximo anno lupi patri contumeliam dixerit; cum agnus obiciat tunc se nondum esse natum, lupus nullam aliam causam fingit et eum devorat. Augustanae scriptor in fonte quo usus est fere eundem sermonem legit ac Phaedrus, sed, fortasse textum suum male interpretatus, lupi patrem pro agni patre posuit et secundam tertiamque accusationem perverse conglobavit. etiam in aliis rebus et minutiis Phaedrus et recensio Augustana consentiunt: ut exemplum afferam, apud utrumque superior stat lupus, quare absurde agnum accusat quod aquam sibi turbulentam fecerit.

Apud Babrium 17 felis, ut gallinas (*ὄρνεις*) decipiat, se sacculum esse fingens pendet e paxillo; gallus insidias detegit. in recensione Augustana (CFA 81) felis muribus insidias struit: se mortuam esse fingit et quasi sacculus pendet; mus insidias detegit. Phaedrus IV 2 mustelam pro fele ponit; ut insidias struat, se farina involvit et obscuro loco neglegenter

1) De hac quaestione multo fusius et diligentius disseruit Morten Nøjgaard, La fable antique, II, Hauniae 1967, 371 sqq., quocum partim consentio.

abicit. apud Phaedrum quoque mus peritus et vafer mustelae insidias detegit. Phaedri (vel eius fontis) narratio partim cum Augustana consentit; Augustana imaginem sacculi pendentis servat, sed male contaminat cum alia narratione, ubi felis se mortuam simulabat: Babrius autem pristinam narrationem reddit, ubi felis se rei inanimae, non mortuo adsimulabat.

Apud Babrium 93 lupi legatos ovibus mittunt pacem spondentes si sibi canes captos tradant; sed aries senex oves monet quam stultum sit hostibus imminentibus custodibus carere. in recensione Augustana (CFA 158) luporum legati ovibus persuadent ut canes sibi tradant; ovium strages consequitur. Ademarus 43, qui ex Phaedro pendet, eadem narrat atque Augustana: ergo Phaedri et Augustanae adfinitas demonstratur.

In fab. 15 Luzz. caper sitiens, postquam in altum puteum descendit, evadere frustra conatur; stultum irridet vulpes: 'si tantum cerebri haberes quantum barbae, non descendisses nisi perspecto quomodo evasurus esses.' in recensione Augustana vulpes ipsa, cum in puteum descenderit, evadere nequit; sed caprum allicit ut descendat, et, per tergum et cornua adsiliens, in lucem redit; tum caprum, qui in puteo mansit, eisdem fere verbis mordet quibus apud Babrium. Phaedrus (IV 9) eadem narratione utitur qua Augustana, sed eleganter succinctus procedit et ultima vulpis verba omittit: quae fortasse, cum in textu quo usus est exstarent, consulto reppulit; sed conici etiam potest Augustanam ea ex Babrio derivavisse: nam nonnumquam Augustana contaminatione utitur.

Minus elucet quomodo variae corvi et vulpis fabulae (Babr. 77) narrationes inter se conexae sint. eodem fere modo vulpes corvo blanditur apud Phaedrum (I 13), qui tamen aculeata ultima vulpis verba omittit et corvum deceptum tacite gementem facit. in recensione Augustana (CFA 126) vulpes corvum laudat dignum qui regnum animalium obtineat: eodem tendit, sed alia via procedit Babrius in laudibus: *στέρνον αἰετοῦ φαίνεις, / ὄνυξι πάντων θηρίων κατισχύεις.* in Augustana corvum regni cupidum vulpes irridet ultimis fabulae verbis: *ὦ κόραξ, καὶ φρένας εἰ εἶχες, οὐδὲν ἂν ἐδέησας εἰς τὸ πάντων βασιλεῦσαι.* Augustanae similis est recensio Vindobonensis, sed ultima vulpis verba ex Babrio derivat. parva tamen res inter Phaedrum et Augustanam adstringit affinitatem: in arbore residet corvus, cum Babrius nullam arboris mentionem faciat.

Sed etiam cum satis constat Babrium aliam semitam tenere quam Phaedrum et Augustanam, difficile est concludere utra narratio originis fideliorem reddat imaginem. in fabula capri et vulpis (15 Luzz.) Babrius fortasse narrationis nucleo, qualis primum fuit, artior haeret; sed ne hoc

quidem pro certo haberi potest: conicere enim licet caprum eo in fabulam inductum esse, quod cornua scalas vulpi adsilienti afferrent. suo quisque modo narrationem retrectat: ex quo efficitur ut in singulis rebus cognationes inter auctores aliquando commutentur. ceterum nec Phaedrus nec Babrius semper ex eodem fonte haurit: fonte mutato etiam cognationes mutare possunt: duo exempla afferam ex quibus aliae cognationes emergere videntur. apud Babrium 115 testudo volandi cupida aquilam rogat ut se in altum vehat; aquila eam in montem deiectam elidit; testudo agnoscit suam ambitionem iustam poenam solvisse. in recensione Augustana (CFA 259) narratio, quamvis artior, fere eadem est; ultima testudinis querentis verba desunt. multum distat Phaedri narratio (II 6). aquila testudinem corripit, sed lorica munitam devorare nequit; cornix ei persuadet ut in scopulum illidat, et praedam dividit. ergo Phaedrus ab alia fabulae narratione profectus est. apud Babrium 143 et in recensione Augustana (CFA 186) qui a colubra, quam in sinu fovit, necatur, eisdem fere verbis fatum suum queritur: apud Babrium *δίκαια πάσχω*, in Augustana *δίκαια πέπονθα*. brevissima Phaedri (IV 20) fabula in ipsius colubrae verba desinit: nam, cum alia colubra rogaret causam facinoris, respondit: *ne quis discat prodesse improbis*. utrum Phaedrus ipse novaverit an ex alio fonte quam Babrius et Augustana hauserit, diiudicare non ausim.

3. Alias fabulas Babrius et Phaedrus, non Augustana adservat: 24, 27, 28, 29, 67, 100 (CFA 294 a tetrasticho pendet). addiderim et 33, quae etiam apud Ademarum exstat, et 142, cuius similem adservant Ademarus et Romulus. aliquando concludere licet, etsi stricte probari non potest, Babrium pristinam narrationem fidelius reddidisse. apud Babrium 29 equus senex, qui molam versat, his verbis queritur: *ἐκ δρόμων οἵων / καμπτῆρας οἵους ἀλφιτεῦσι γυρεύω*. cum verba *καμπτήρ* et *γυρεύω* nobilia equorum certamina in memoriam revocent, equus qui molam versat misera fit imago equi in certamine currentis. apud Phaedrum (App. 21) equus, furto subreptus et ad tristem laborem in pistrino coactus, maerens aequales suos alloquitur in certamen euntes. sed alias aut Phaedrus origini fidelius haerere videtur aut incerti fluitamus. apud Phaedrum (I 5) leo cum vacca, capra et ove venatus, praedam in quattuor partes dividit. apud Babrium 67 leo unum comitem in venatione habet, scilicet onagrum, sed praedam dividit in tres partes, eisdem fere argumentis usus ut totam sibi praedam tribuendam probet. ferum animal est onagrus, leonis in venando magis idoneus comes quam domesticae pecudes; sed cur leo praedam in tres partes dividit? fortasse neuter pristinam narrationem in singulis rebus reddidit.

4. Multas fabulas Babrius cum recensione Augustana communes adservat:[1]) 5, 6, 7, 9, 13, 16, 18, 23, 25, 32, 34, 35, 36, 38, 39, 41, 45, 47, 49, 51, 52, 53, 59, 60, 63, 64, 68, 71, 72, 74, 81, 82, 86, 87, 91, 96, 97, 98, 111, 118, 121, 122, 123, 131, 134, 135, 137, 138, 139.

Fabulam 122 etiam Romulus adservat. ex fabulis quas M. J. Luzzatto restituit addimus 5, 7, 9, 14, 16. notandae etiam sunt fabulae quarum similes in codicibus recensionis Augustanae adservatae ex Babrio pendere videntur: 65, 80, 84, 132, quibus addere oportet 1, 2, 3, 6, 11 Luzz.

Singulis Babrii narrationibus cum Augustana comparatis, nihil concludere licet quod his omnibus fabulis congruat. aliquando uterque fontem communem fideliter reddidit: ut exemplum afferam, apud Babrium 86 et in CFA 24 eadem etiam in minutiis est narratio de vulpe quae cibo referta ex cava arbore evadere nequit, et ab Horatiana (epist. I 7, 89sqq.) aliquantum distat; at saepe Babrius et Augustana aliquantum differunt, et difficile est diiudicare utrius narratio plus ab origine distet. aliquas fabulas excutiam ut quam nodosa res sit appareat.

CFA 106 (recensionis Augustanae) ultima Iovis verba omittit, habet Babrius 68, quae narrationem non modo magis sapidam, sed etiam magis perspicuam faciunt.

Apud Babrium 35 simia, quae duos filios habet, alterum curat, alterum neglegit: alter nimiis blanditiis suffocatus perit, alter abit et incolumis in solitudine vivit. secundum Babrium simia se gerit sicut simiae solent, quasi natura instincta; in recensione Augustana (CFA 242) ita casu singulari se gerit, qui ex dei consilio pendet: *συμβαίνει . . . κατά τινα ϑείαν τύχην* (sed in recensione Vindobonensi solum *κατά τινα τύχην*: in casu deus nullam habet partem). credo interpretationem Augustanam serius quam Babrianam, et fortasse etiam Vindobonensem, exstitisse.

Fabula 72 est inter Babrianas minutiis et coloribus insignis. Iuppiter inter aves pulchritudinis certamen indicit. graculus variarum avium pennis se exornat, quae deciderant dum aves aestu laborantes ad fontem tumultuose ruunt ut se lavent. prima hirundo, quo est Atheniensis acumine, fraudem detegit. cum recensione Augustana (CFA 103) et cum Vindobonensi multis rebus consentit, sed hic neque aves se lavant neque hirundo ullam habet partem. haec autem cum Babriana narratione optime congruunt neque serius addita videntur: fortasse Augustana aliqua omisit ut narrationem contraheret. aves se lavantes rursus in narrationibus apparent quae saltem partim Babrium respexerunt (cf. Hausrath 1,

---

1) Omnes fabulas inclusi quae in uno vel pluribus Augustanae recensionis codicibus servatae sunt, sed aliquot fabulae pristinae collectioni serius neque eodem tempore additae.

130sq.; Chambry 1, 280–282). Phaedrum (I 3 *graculus superbus et pavo*) omisi, qui multa praebet commutata.

Apud Babrium 139 asinus, leonis pelle indutus, homines et animalia terret; sed ventus pellem detrahit: tum aliquis eum fuste percutit et monet ne leonem imitetur. in recensione Augustana (CFA 199) asini fraudem detegit vulpes, quae eum rudentem audiit: 'ipsa territa essem, nisi te rudentem audissem.' eadem in recensione Accursiana, sed in quibusdam huius recensionis codicibus narratio occurrit quae Babrium secuta videtur. Babrii narratio minus habet coloris, sed simplicior est et pristinae propior. eandem narrationem novit Lucianus pisc. 32, qui tamen in pseudol. 3 alteram fortasse respexit (at stricte concludere non licet). hic quoque Phaedrum (I 11 *asinus et leo venantes*) omisi, cuius fabula longe alia est.

Apud Babrium 71 rusticus mare accusat; mare autem illi occurrit mulieris speciem referens (nam Graecum *θάλασσα* feminini generis est) et se excusat ventos accusando. in recensione Augustana (CFA 178) mare accusat naufragus; reliqua Babrio similia. rustici et nautae ingenia pro diversis et contrariis habebantur, quam communem opinionem Babrius respicere videtur. apud Babrium rusticus locum idoneum habet, sed narratio Augustana simplicior est; simpliciora tamen non semper vetustiora. rusticus an naufragus prior exstiterit, diiudicare non ausim.

In CFA 112 (recensionis Augustanae) heros quidam pium virum monet ne nimium in sacrificia impendat: nam postea, in egestatem redactum, se accusaturum esse. apud Babrium 63 heros pio viro monstrat cur non se precibus orare iuvet: nam deos bona concedere, heroas solum *κακῶν δοτῆρας* esse. conicias heroas a diis distinctos esse ut intelligeretur cur in narratione Augustana, vel Augustanae simili, ita heros se gereret; sed facilius crediderim distinctionem vetustiorem esse[1]): cur enim etiam in Augustana heros, non deus colitur?

Apud Babrium 82 irascitur leo quod mus sibi insiluerit; vulpes autem eum irridet quasi pavefactum; secundum Suidam respondet leo: 'nihil timui; sed comam meam inquinaturus erat'; secundum recensionem Augustanam (CFA 151): 'non murem timui, sed iratus sum ob eius insolentiam'. apud Babrium leonis verba plus habent salis; at quis adfirmare potest Babrium ea a pristina narratione hausisse? ceterum probari non potest meliorem lectionem Suidam praebere quam Athoum.

Nihil certius concluditur de fabula 137. graculus aquilam aemulari vult et agnum corripere conatur; sed velleri implicitus haeret. hic textus

1) Cf. R. Merkelbach, Die Heroen als Geber des Guten und Bösen. P. Mich. inv. 3690, ZPE 1, 1967, 97–99.

Babrianus, quem solae tabulae ceratae adservaverunt, lacuna laborat; ex paraphrasi apparet pueros aliquos graculum corripere. hac mutila narratione opinor Aphthonium (19) usum esse: nam pueros omittit, neque hiat narratio. graculus tandem se nimis ambitiosum et stultum agnoscit. in recensione Augustana (CFA 2) et in Vindobonensi pastor graculum capit et filiis pueris tradit. haec amplior narratio aptius sibi cohaeret et pristinae propior videtur, quam Babrius fortasse contraxit.

5. Inutile est in huiuscemodi disputationibus morari, inter incerta fluctuantes; neque magis in solido versemur, si de fabulis disseramus quas recensio Augustana non adservavit: quare Babrii fabulas quae exstant etiam in aliis collectionibus (Aphthonio et Syntipa inclusis) indicabo nulla addita commentatione: 1, 11, 37, 42, 44, 46, 62, 73, 108, 109, 144, quibus addendae 18 et 21 Luzz. fabulae 78, 119, 120 etiam in recensione Accursiana traditae sunt, quae Babrium, ut videtur, respicit (sed fortasse aliae quoque fabulae aliquid ab eo derivaverunt).

6. Babrianae collectionis dignitatem et utilitatem augent multae fabulae quae apud solum Babrium exstant et partim in paraphrases et in Avianum transierunt (de tetrastichis non disputabimus). ex his primum indicabimus quas paraphrastae retrectaverunt: 4, 10, 12, 14, 15, 40, 54, 57, 58, 70, 75, 76, 83, 85, 90, 92, 95, 102, 104, 105, 113, 114, 117, 126, 127, 133, 136. ex fabulis quas M. J. Luzzatto restituit addendae sunt 8, 10, 12, 13, 17, 19, 20. fabulas 75 et fab. 19 Luzz. etiam Pseudo-Dosithei Hermeneumata adservaverunt.

Agmen claudant fabulae quas soli Babrii codices adservaverunt, quibusdam tamen inclusis quas Avianus retrectavit: 2, 8, 20, 21, 26, 30, 48, 55, 56, 61, 69, 88, 99, 101, 106, 110, 112, 116, 124, 125, 128, 130.

Paene igitur quinquaginta fabulas sola Babriana collectio tradidit, sed aliae addendae sunt quae in alias collectiones a Babrio manaverunt. maximam partem non Babrius ipse finxit, sed retrectavit. non mihi propositum est singulas fabulas perpendere: aliquas tantum notabo, quas eodem modo vel similiter narratas fontes Babrio vetustiores testantur[1]): fabulae 11 similem narrat, ut vidimus, Ovidius in fastis; 88 iam multa cum arte narraverat Ennius; 102 Antisthenes noverat, 128 Xenophon. docti nostrorum temporum viri satis demonstraverunt recte Babrium Aesopicarum fabularum originem a Babyloniis derivavisse (cf. 107, 1 sqq., ubi *Σύρων παλαιῶν* Assyrios et Babylonios significat).[2]) Orientalem fabulae 11 originem iam tetigi; fabulae 8 similem M. J. Luzzatto apud Persas

1) Locos vide in hac editione in primo cuiusque fabulae apparatu laudatos.
2) De huiusmodi studiis disserui in RFIC 92, 1964, 24 sqq.; cf. etiam F. R. Adrados, Historia de la fábula greco-latina, I 307 sqq.

indicavit, fabularum 193 et 20 similes in Testamento Vetere. Babyloniam fabulae 84 (de tauro et culice) originem luculente demonstravit E. Ebeling[1]); sed fortasse eam Babrius in collectione fabularum Aesopicarum nobis ignota repperit: nam etiam Phaedrus (quem apud Ademarum legimus) novit: cum autem iam Phaedrus, sicut Babrius, de tauro et culice narret, non, sicut Babylonia fabula, de elephante et musca, non pro certo haberi potest Babrium narratione usum esse quam a popularibus vel a vicina natione audivisset. Babrium aliquas fabulas ipsum finxisse ut proverbia probaret vel causas explicaret morum animalium de quibus aut in libris legisset aut a popularibus audivisset, nec probari nec negari potest: numquam enim suspicari non licet alium scriptorem prius fabulam excogitavisse. de origine igitur fabularum quas sola Babriana collectio tradidit, vel collectiones quae a Babrio pendent, paene nihil certum concluditur.

7. Babrius gloriatur se portam aperuisse, qua pravi imitatores, obscuris verbis involuti, ingressi sint (107, 9sqq.). haud dubium est quin cito apud multos, praesertim in scholis, innotuerit et imitatoribus materiam praebuerit. fabulas quasdam, quarum Babriana in serioribus collectionibus origo aut probari aut conici potest, hic illic iam notavimus. Babriana vestigia saepe docti viri quaesiverunt in fabulis quas Pseudo-Dositheus in Hermeneumata sua recepit (huius operis pars, cui titulus est genealogia Hygini, anno 207 p. Chr. n. scripta est) et in fabulis XLII quas Avianus elegis retrectavit.

Duas Babrii fabulas Pseudo-Dositheus transcripsit: 84, quam Athous quoque tradidit, et 140, cuius Bodleiana exstat paraphrasis. alias quoque fabulas a Babrio derivatas eum in solutam orationem refinxisse conicere licet, sed de tribus solis aliquid certum vel paene certum concluditur.[2]) Babriana fabulae 8 (de cornice sitiente) origo ex eo conicitur, quod cum Aviano 27 consentit. fab. 10 (de puero locustas captante) a Babrio (6 Luzz.) derivata est, quem paraphrasis Bodleiana retrectavit; aliquid tamen Pseudo-Dositheus immutavisse videtur. scorpio enim sic puerum monet: *ὅρα, τάλας, μὴ ὡς ἐμὲ θηρεύεις ἑαυτὸν ἀπολέσῃς.* sed in paraphrasi Bodleiana: .... *μὴ κἀμὲ θηρεύων καὶ πάσας, ἃς ἔχεις, ἀπολέσῃς.* eadem habet in omnibus recensionibus CFA 215, quae Babrium fortasse respexit. fabulae quoque 12 Pseudo-Dositheanae (de mure et rana) certa

1) Die babylonische Fabel und ihre Bedeutung für die Literaturgeschichte, Lipsiae 1927, 49.

2) Consentimus cum Erico Getzlaff, viro propter diligentiam et acumen fide digno, Quaestiones Babrianae et Pseudo-Dositheanae, Diss. Marpurgi Cattorum 1907.

est Babriana origo: nam narratio cum paraphrasi Bodleiana, ex qua Babrii fab. 19 Luzz. restituta est, plane consentit. fortasse etiam fabulae 11 (de cane carnem per flumen ferente) origo Babriana concedi potest: in singulis rebus narratio propior est Babrio (79) quam Phaedro (I 4) et Romulo (6): Ps.-Dos. *κρέας ἁρπάσας* ~ Babr. *κρέας ἔκλεψεν* (quomodo carnem canis sibi paraverit non curat Phaedrus); Ps.-Dos. *τοῦ κρέως τὴν σκιὰν ... μείζονα* ~ Babr. *τοῦ κρέως ... τὴν σκιὰν μείζω*. in reliquis fabulis Babrianae originis indicia nimis fluxa sunt. quae fabulae apud Pseudo-Dositheum et Babrium ad easdem res pertineant, hic notabo:

1 (Babr. 43); 2 (Babr. 107 + 82); 3 (Babr. 31); 6 (Babr. 103); 7 (Babr. 75); 9 (Babr. 17); 14 (Babr. 91); 16 Hausr. (de mure rustico et mure urbano) (Babr. 108). fabulae 15 Pseudo-Dositheanae similis est Babrii 21 Luzz., quae ex paraphrasi Bodleiana 148 restituta est.

8. Avianum maximam fabularum partem a Babrio derivavisse apud omnes constat; satis etiam constat eum Babrium ipsum, non paraphrasin legisse. sibi persuaserat Crusius Avianum Babrii paraphrasi usum esse, quam soluta oratione compositam ab Iulio Titiano coniecit, locum Aviani praefationis prave interpretatus. haec Avianus scripsit: *de his* [*scil. fabulis*] *ergo ad quadraginta et duas in unum redactas fabulas dedi, quas rudi latinitate compositas elegis sum explicare conatus*. Crusius *rudi latinitate compositas* ad paraphrasin rettulit; sed haec verba recte interpretatus erat Ellis ad fabulas ipsius Aviani referens: nam Theodosium (scil. Macrobium) doctissimum virum allocutus modestiam affectat, sicut in prooemiis solent scriptores.[1])

Saepe Avianum cum Babrio comparare licet et rationem inspicere qua auctorem suum retrectat. non est mihi consilium Aviani artem poeticam declarare, de qua nuper multa recte et luculente scripsit Jochen Küppers.[2]) Avianus poeticam orationem elaboravit novam et sibi propriam, dignitate et ornamentis auctam[3]); in rebus pingendis quaedam addit aut omittit, sed in rebus ipsis Babrio haeret. primum notabimus fabulas quarum similes Babriani codices adservaverunt:

---

1) Hoc mihi persuasit Jochen Küppers, Die Fabeln Avians, Bonnae 1977, 166sqq., qui de hac quaestione diligenter et luculente disseruit. de loco Aviani interpretando disputaverant R. Ellis, The fables of Avianus, Oxonii 1887, XXXIV et in comm.; O. Crusius, Jahrb. für class. Philol. 35, 1889, 649sqq. alios auctores laudat Küppers.

2) Die Fabeln Avians 67sqq.

3) Plerumque expeditus cum elegantia incedit, sed aliquando obscurus viam salebrosam temptat; raro difficultate oppressum eum deprehendimus, sed vide 3, 2 *saxosis ... aquis*, ubi Babr. 109, 2 *ὑγρῇ ... πέτρῃ* parum feliciter expressit.

Avian.	Babr.	Avian.	Babr.
1	16	18	44
2	115	19	64
3	109	20	6
4	18	21	88
5	139	23	30
6	120	31	112
7	104	32	20
13	91	33	123
14	56	34	140
15	65	36	37
16	36	37	100
17	1		

ex his fabulis duae notandae sunt, in quibus Avianus aliter procedit ac solet: in fab. 23 Bacchum pro Mercurio ponit, in 37 leonem pro lupo beatam in servitute vitam contemnente ad quam eum canis allexerat. non oportet disputare utrum opportune Avianus immutaverit necne et qua re inductus[1]); sed pro comperto habeamus Avianum aliquando in fabulis etiam personas novavisse. expedit etiam fab. 21 notare, in qua Avianus paulo a Babrio discedit ut Latinum auctorem, scilicet Ennium, sequatur quem apud Gellium legit.[2]) cum constet Avianum non sine libertate fabulas retrectare, concedi potest eum Babrio uti etiam in fabulis quae cum Babrio in narratione aliquantum consentiant, etiamsi personas et partim res immutaverint. retrectare noluit Babrii fabulam amplissimam 95, ubi cerva stultissima non semel a vulpe inducitur ut leonem senem adeat, et tandem devoratur. salem habet narratio in ultimis vulpis verbis quibus negat cervam cor habuisse tanta stultitia insignem. eodem sale condivit Avianus fabulam 30, sed personas immutavit: nam suem agros vastantem pro cerva posuit, dominum pro leone, coquum et rusticum pro vulpe. sic narrationem effecit hominum moribus propiorem, sed argutias et elegantiam attenuavit; narrationis tamen summam et nodos servavit. paene certum est Avianum fabulam 30 a Babrio derivavisse, etiamsi parum feliciter retrectaret. fab. 35 (*de simia et natis*) nec personis nec rerum exitu a Babrio (35) differt: filius dilectus perit, filius contemptus incolumis abit. Avianus vividam narrationem efficere voluit: tumultu territa fugit simia filium dilectum sinu, contemptum humeris gestans; cursu defessa alterum e sinu remittit, alter collo matris invitae haeret et cum ea incolumis fugit. plura immutavit in fabula 39 Babrianae 12 Luzz. simili. apud Babrium simplex fortasse fuit narratio: tubicen in proelio captus victorem orat ut suae vitae parcat quod non ipse pugna-

1) De his quaestionibus subtiliter disputavit J. Küppers 119sqq., 140sqq.
2) Quantum hic Gellio usus a Babrio differat Avianus acute demonstravit J. Küppers 156sqq.

verit; sed hostis ceteris nocentiorem eum iudicat. Avianus non solum poeticam orationem, sed etiam res augere voluit: miles senex defessus omnia sua arma comburit; at lituus se innocentem esse clamitat et frustra militem orat ut sibi parcat. Avianus multa immutavit, sed manifesto aemulatus Babrianam originem celare noluit. maius ausus est in fab. 41 ingenio suo indulgens. apud Babrium 8 Luzz. flumen et corium, quod durum se iactat, breviter colloquuntur: nam aliquando etiam Babrius brevitatem affectat. Avianus imbrem pro flumine, vas pro corio posuit, et vasis tumida verba eleganter amplificavit. etiamsi hic plus in amplificando libertatis sibi sumpserit, non aliter procedit atque in fab. 39. quomodo Babrio usus sit facilius in fab. 42 perspicitur: haedum pro ove Babriana (132) posuit, res et mutuam personarum rationem non immutavit: ergo eandem tenuit viam atque in fab. 37. nec difficilius diiudicatur de duabus fabulis quarum Babrianas similes M. J. Luzzatto restituit: 10 (de calvo equite qui comam amittit), quae a 17 Luzz. ornamentis solis differt, et 11, quae non magis differt a 20 Luzz. ergo fabulis quarum Babriana origo certa est addiderim 10, 11, 30, 35, 39, 41, 42. liberius incedere videtur Avianus in fabulis quae in altera libelli parte collocatae sunt; si autem concedas, quod absurdum non est, ordinem libelli tempora sequi quibus fabulae scriptae sint, concludas eum opus provehentem libertatem suam confirmasse.

Nunc notabo alias fabulas quarum similes in paraphrasi Bodleiana exstant (10, 11, 39, 41 exclusis, quas supra comparavimus cum Babrio a M. J. Luzzatto restituto):

Avian.	Bodl.
8	104
24	148 (= 21 Luzz.)
29	145
40	132 (= 14 Luzz.)

has fabulas paene certum est Avianum a Babrio derivavisse. minus probari potest eum a Babrio et paucas fabulas derivavisse quae ne in paraphrasi quidem Bodleiana exstant: 9, 12, 26, quarum Babrianam originem Crusius (195, 198, 199) adfirmavit. fabulae 9 similis est CFA 66 (quam etiam recensio Augustana adservavit): etsi quibusdam rebus differt, eadem est narratio. idem fere adfirmare licet de fab. 12 (de rustico et thesauro), cuius similis est CFA 61 (etiam in Augustana tradita). fabulae 26 (de leone et capella) similis est CFA 162 (rec. Aug.): sicut in 37, Avianus leonem pro lupo posuit; alia etiam respondet capra. fabulam 27 (de cornice sitiente) adfirmaverim cum Getzlaff a Babrio pendere: nam cum Pseudo-Dositheana 8 consentit, de qua supra disserui.

Reliquas fabulas solus Avianus tradidit: 22 (de cupido et invido), 25 (de puero et fure), 28 (de rustico et iuvenco), 38 (de pisce et phoecide). eas pro Babrianis habuit Crusius (231, 232, 233, 234); at nihil certum concludere licet: origo Babriana nec probari nec negari potest. in fab. 38 phoecis, piscem marinum significans, e *φυκίς* corruptum videtur aut ab ipso Aviano aut per scribae errorem: Babrianae originis indicium, quamvis tenue, videtur quod hoc rarum nomen in Babr. 6, 8 occurrit. ceterum fieri potuit ut Avianus, novitatis et libertatis amore aliquando accensus, fabulis quibusdam aut aliunde arcessitis aut a se fictis libellum ditaret. non multae molis erat fabulam 28 fingere, in qua paene nihil agitur; sed *ἦθος* optime cum Babriano congruit. non operae pretium est in divinandi arte se exercere.[1])

Florentiae a. MCMLXXXIII — Antonius La Penna

3. DE CODICIBVS*, PAPYRIS, TESTIMONIIS

Fabularum Babrianarum editori hi codices praesto sunt:

A = cod. Athous Mus. Brit. Addit. 22087, medii saec. X

G = cod. Novoeboracensis Bibl. Pierponti Morgan n. 397, saec. XI

V = cod. Vaticanus Graecus 777, saec. XIV

Non fragmenta solum sed et integras quidem fabulas afferunt papyr tabulaeque ceratae:

Π_1 = Papyrus Oxyrhynchus X 1249, saec. III in.

Π_2 = Tabulae ceratae Assendelftianae, Bibl. der Rijksuniv. Leiden, saec. III

Π_3 = Papyrus Amherst II 26, saec. III/IV

Π_4 = Papyrus Bouriant 1, saec. IV

Inter testes potius quam inter testimonia adnumeranda censui Pseudo-Dosithei Hermeneumata, saeculi III, quae Babrii fabulam nusquam alibi servatam nobis restituerunt.

Plura fabularum Babrianarum fragmenta certissimaque indicia quaedam ad Babriani textus historiam byzantina aetate depingendam praebet conlectio quae dicitur Bodleiana, his codicibus asservata:

Ba = cod. Oxon. Bodleianus Auct. F. 4. 7, medii saec. XV

Bb = cod. Vatic. Palatinus Graecus 367, annis 1317–1320 exaratus

---

1) Aviani cum Babrio cognationem denuo pertrectavi; non semper cum Crusius, RE II 2375sq., consentio. hanc partem parum curavit Küppers 163sqq.

* Codicum **A G V Ba Bb** imagines phototypice depictas adhibui.

Propius interdum ad fabulas Bodleianas accedunt nonnulli codices recentissimi classis M, quibus hic illic addi possunt testes quidam e classe L (v. infra).

Codicis fere instar habendum est Suidae testimonium qui saepe Babrii fragmenta attulit e Mythicorum quodam corpore desumpta.

Monachus quidam Georgides, Sudae fere aequalis (saec. X/XI), epimythia varia Babrio tribuit, et genuina et spuria: ita tamen ut facile agnosci possit codicis compositio unde ea hauserit.

Quibus testimoniis addenda sunt:

Iuliani Augusti duo loci ex Epistulis et Misopogone hausti
Aviani fabulatoris epistula ad Theodosium
Etymologicum Genuinum s. v. *ὄμφαξ*
Photii Lexicon s. v. *τὴν χεῖρα*
Suidae testimonium s. v. *Βαβρίας ἢ Βάβριος*
Etymologicum Magnum s. v. *πεπρωμένον*
Io. Tzetzes, Chiliades XIII 257 sqq.

Testimoniorum agmen claudit recentissimus scriptor Natalis Comes (saec. XVI) qui in Mythologia sua, Venetiis edita, paucos Babrii versus nobis restituit.

3.1 De codice A

Codex Athous Mus. Brit. Addit. 22087[1]), membranaceus, mm. 175 × 125, medii saeculi X (ft. etiam ineuntis)[2]), foll. 40, in exitu mutilus, fabularum

1) Codex anno 1842 in Atho monte a Minoide illo Mina (*Μινωίδης Μηνᾶς*) in monasterio Magnae Laurae repertus est: apographo a Mina ipso confecto (= Paris. Suppl. gr. 1244) usus est Boissonade in Babrii editione principe (Lutetiae Paris. 1844); ipsum codicem anno demum 1857 Minas procuratoribus Musaei Britannici vendidit: cf. H. Omont, Minoïde Mynas et ses missions en Orient, Mémoires de l'Institut National de France, Académie des Inscriptions et Belles Lettres XL, 1916, 337–419 (cf. in primis 352 et 374); A. Dain, Sur deux recueils de Babrios trouvés par Minoïde Mynas, Bull. de l'Assoc. G. Budé 4, 1960, 111 sqq. de Min. Mina cf. P. K. Enepekides, Studi Biz. e Neoell. 7, 1953, 61 sqq. de Babrii spuria Sylloge II quae vocatur (in cod. Paris. Suppl. Gr. 1245 = **Mq** asservata, cuius librarius scripturae ductum saeculi fere XV religiose imitatus est) vide nunc J. Vaio, A New Manuscript of Babrius: Fact or Fable?, Illin. Class. Studies 2, 1977, 173–183 et ceterarum commentationum conspectum ibid. allatum. Minasne ipse hanc syllogen concinnaverit (cf. etiam Minae codicem 'Athoum' Mus. Brit. Addit. 22088) an Byzantinus quidam (quae est docti viri A. Dain probabilis sententia) incertum est.

2) M. Richard, Inventaire des manuscrits grecs du British Museum, I, 1952, 38 codicem saeculo XI adscribit, saeculo autem X exeunti J. Irigoin, L'Italie méridionale et la tradition des textes antiques, JÖB 18, 1969, 44 (nunc in Griechische Kodikologie und Textüberlieferung, hrsg. D. Harlfinger, Darmstadt 1980, 246), medio saeculo decimo doctissimi viri Filippo Di Benedetto et Augusto Guida qui liberaliter mihi plura ad codicis aetatem definiendam suppeditarunt. quo loci codex

Babrianarum duo *βιβλία* continebat, secundum litterarum ordinem quem editores usque adhuc servaverunt digesta. libellus alter in littera *ο* (fab. 123, 1 in imo fol. 40v) desinit; in fol. chartaceo, codici annexo, Minoides Minas fabulam 123 sua Musa continuavit.

Una eademque manus perdiligenter singulis per paginam columnis Prologos, fabulas, epimythia choliambis inclusa (epim.1) minusculis litteris exaravit, semiuncialibus litteris epimythia alia addidit prorsa oratione conscripta (epim.2), titulum *βαλεβρίον μυθίαμβοι αἰσώπειοι κατὰ στοιχεῖον* ante initium Prologi prioris scripsit, *Ā* (scil. *τμῆμα*) ante Prologum priorem et *ἀρχὴ τοῦ β̄ τμήματος* ante Prologum alterum annotavit, notas *ἀρχὴ τοῦ Β*, *ἀρχὴ τοῦ Γ* et *ἀρχὴ τοῦ Δ* ad fabb. 18, 24, 33 vel ipsa vel manus eiusdem fere aetatis ascripsit (nigriore postea et recenti atramento obductas), *ε* numerum ad fab. 5, 1 in margine sin. apposuit. textum interdum ipsa correxit (cf. 3, 5; 12, 4; 42, 7; 49, 3; 51, 3; 58, 10; 82, 11; 92, 2; 95, 63; 96, 1; 106, 12; 115, 12) vel in margine dextro varias lectiones addidit (cf. 9, 12; 13, 6; 39, 4; 81, 4; 91, 5; 105, 2; 115, 1). codicis scriptura ornamentis omnino caret, initium Prologorum, fabularum et epim.1 simplici minuscula littera distinguitur in ecthesi posita, inter fabulas interdum unius, duorum vel trium versuum spatium vacuum relictum est ad epim.2, ut videtur, exarandum: nam his locis semper epim.2 deest. ut Alexander Turyn agnovit[1]), plurimis locis atramento nigriore Demetrius Triclinius (A^t) textum emendavit[2]) (cf. e. g. Prol. I 4; 2, 4. 13. 14; 3, 1. 2. 8; 5, 3; 6, 5. 17; 7, 13; 8, 4; 9, 4 etc.), paene evanidam hic illic scripturam renovavit, notam *στίχοι χωλιαμβικοί* ante initium Prologi prioris scripsit, ipse ad fabulas 1, 58, 61, 71, 77, 89, 115, 118, 120 notas apposuit *ἀρχὴ τοῦ α*, *ἀρχὴ τοῦ ζ*, *ἀρχὴ τοῦ η* etc., manus prioris *ἀρχὴ τοῦ β̄ τμήματος* in *ἀρχὴ τοῦ μ* immutavit. alia manus recentioris aetatis *ἀρχὴ τοῦ ε* ante fab. 43 et *ἀρχὴ τοῦ ϑ* ante fab. 66 scripsit, aliaque rursus manus, ut Pius Knoell dispexit[3]), rubro liquore, nunc omnino fere evanido, *περὶ λύκου* ante fab. 101, *περὶ λ[έοντος]* ante fab. 102 adscripsit et epim.1 fabulae 103 in margine sinistro iteravit.[4]) iota ascriptum, spiritus (angulatos), accentus, apostrophos ipsa manus prima diligenter apposuit, raro omisit, evanidos interdum A^t nigriore atramento obduxit. in orthographia librarius minime peccavi t(cf. e. g. 34, 13 *ἀποιμόζῃι*, 13, 8 *νοσιλεύω*, 23, 4 *νομέῳ*, 47, 9 *πειρᾶσθαι* pro *-ᾶσθε*, 94, 3 *καθειμήσας*, 100, 6 *σιδηρίῳ* et eiusdem

---

Athous exaratus sit, subdifficilis est quaestio: cum, etsi quidem perraro, litterarum *ερ* nexum exhibeat qui 'en as de pique' vocatur, J. Irigoin codicem in Italia inferiore scriptum putat (vide ibid.); argumentatio tamen a P. Canart infirmatur, cf. Le livre grec en Italie méridionale, Scrittura e Civiltà 2, 1978, 141–142 adn. 86a. cum Athoi codicis scriptura velim compares ductum Baanis notarii qui Arethae iussu illum codicem Apologetarum (Paris. gr. 451) annis 913/914 exaravit (specimina cod. A praebent R. Merkelbach – H. van Thiel, Griechisches Leseheft, Göttingen 1965, 66–67; specimina codicis Paris. gr. 451 habes e. g. ap. K. & S. Lake, Dated Greek Minuscule Manuscripts to the year 1200, Boston 1934–1945, IV, 230–231): duorum codicum scriptura certe persimilis est etsi procul dubio non eadem manus.

1) Cf. A. Turyn, The Byzantine Manuscript Tradition of the Tragedies of Euripides, Urbana 1957, 250–252 adn. 236. O. Crusius, sicut A. Eberhard, in apparatu Minae tribuit quae nunc Triclinium correxisse patet. vide etiam G. Zuntz, An Inquiry into the Transmission of the Plays of Euripides, Cambridge 1965, 202.

2) Locis quibusdam incertum est manusne sit Triclinii an non (*m. rec.*).

3) Cf. P. Knoell, Die Athoshandschrift des Babrios, WSt 31, 1910, 202.

4) Trium monachorum adnotationes nihil ad textum pertinentes saeculis XIV–XV scriptae in codice passim dispici possunt, Theodori (fol. 15r), Marci (cf. fol. 31r), Nili, qui subscriptionem in margine inferiore novissimi folii (40v) post fabulam 123, 1 apposuit: *ἵλεως κ̅ε̅ γενοῦ τοῦ δούλου σου Νίλου*, cf. P. Knoell 202.

tenoris pauca). A raro vv. transpositis (3, 2–3; 21, 9–10; 106, 18–19) vel omissis (64, 6–7; 88, 15–16) laborat. memoriae lapsu vv. interdum contaminantur (1,15–16; 27, 1–2; 70, 1–2; 91, 4–5), duobus locis (30, 6; 32, 9) errores ex unc. litt. orti dignoscuntur.

3.2 De codice G

Codex Novoeboracensis Bibl. Pierponti Morgan nr. 397 (olim Cryptensis A 33)[1]), membranaceus, mm. 220 × 160, medii saeculi XI[2]), foliis 112 constans, in exitu mutilus, foll. 108ʳ – 112ᵛ fabularum Babrianarum anthologiam continet *κατὰ στοιχεῖον* digestam, in littera *ι* desinentem; fabulis Babrianis, numero 31, admixta legitur fabula trimetris iambicis conscripta.

Praecedunt ex ordine longum fabulae arabicae Kalilah et Dimnah graece redditae fragmentum, Physiologus, Vita Aesopi, fabulae Aesopeae recensionis quae dicitur Augustanae (i. e. CFA I Hausrath) litterarum ordine dispositae, titulo *Αἰσώπου μῦθοι κατὰ στοιχεῖον ὠφέλιμοι* insignitae. post novissimam Babrii fabulam mutilam (cf. adn. ad 72, 8) evanidae lineae initium vix dinosci potest, foliolo ut videtur exornatum: ab insequenti linea Philogelotos fragmenta incipiunt. vitae Aesopi partem extremam (inde a fol. 61ʳ), fabulas Augustanas, Babrii fabulas et Philogelotos fragmenta altera manus eiusdem aetatis exaravit.[3]) simplici linea foliolis exornata et inscriptione *τῶν αἰσώπου μύθων ἴαμβοι*, semiuncialibus litteris exarata, Babrii fabulae ab Augustanis separantur. librarius versus continuatim exscripsit, modico tantum spatio, dicolo et littera initiali aucta distinctos. fabularum initium littera in marginem eiecta, valde aucta notavit, titulis semiuncialibus litteris exaratis omnes fere fabulas designavit (v. infra). duobus tantum locis ipsa manus prior textum correxit,

1) Codicem saeculo XVIII exeunte in monachorum Sancti Basilii conventu Cryptoferratensi inspexerat P. Romolino: codicis descriptio, quam ipse anno 1789 ad doctum virum G. De Murr per litteras miserat, a Murrio ipso in commentatione ap. Nürnbergische gelehrte Zeitung 50 (23 jun. 1789) p. 399 edita est (iterum eam rettulit O. Crusius in Prolegom. p. IX). saeculo XIX ineunte Napoleone imperante codex Lutetiam ablatus est ubi multos per annos delituit (cf. A. Rocchi, Codices Cryptenses, Grottaferrata 1883, 445sqq.) usque ad annum 1908, cum Eboracum Novum pervenit (cf. B. E. Perry, Aesopica, Urbana 1952, XIVsq.). anno demum 1929 Dr. Elinor Husselman in codice nr. 397 Bibl. Pierponti Morgan conquisitissimum illum Cryptensem agnovit et Babrii fabulas quas continet edendas curavit, cf. E. Husselman, A Lost Manuscript of the Fables of Babrius, TAPhA 66, 1935, 104 – 126. codice G potissime usus B. E. Perry in Aesopicis suis fabulas recensionis Augustanae, quae dicitur, edidit.

2) De codicis aetate cf. G. Cavallo, La trasmissione scritta della cultura greca antica in Calabria ed in Sicilia tra i secoli X – XV, Scrittura e Civiltà 4, 1980, 167. vide etiam Seymour de Ricci — W. J. Wilson, Census of Medieval and Renaissance Manuscripts in the United States and Canada, II, New York 1937, 1440; B. da Costa Greene — P. Harrsen, The Pierpont Morgan Library. Exhibition of Illuminated Manuscripts, New York 1934, 7. 13, tab. 12; E. Husselman, Kalilah and Dimnah (Studies and Documents X), London 1938, 1 – 11; Myrtilla Avery, Miniatures of the Fables of Bidpai and of the Life of Aesop in the Pierpont Morgan Library, The Art Bulletin 23, 1941, 103sqq.; A. Grabar, Les Mss grecs enluminés de provenance italienne, Paris 1972, 27 – 29; A. Côté, Un ms. oublié du Physiologus (N. Y., P. M. 397), Scriptorium 28, 1974, 276 – 277. omnes docti nunc consentiunt codicem in Italia inferiore exaratum esse.

3) Manuum litterarumque discrepantiam animadvertit Filippo Di Benedetto mihique comiter ostendit; cf. etiam G. Cavallo.

46, 1 et 74, 9 ubi versum vel verbum omissum signis ⁒ vel ⋈ appositis indicavit. in 13, 2 falso ϑ supra lin. addidit. scriba indoctus non solum persaepe in rebus orthographicis peccavit[1]) sed, ubi vix in antigrapho lacunis corrupto et paene dilapso verba distinguere poterat, verborum fragmenta, ut oculis occurrebant, continuatim exscripsit, inextricabilia fere monstra, ut ita dicam, efficiens: cf. e. g. adn. ad 3, 6–7; 5, 9; 6, 3; 10, 5; 11, 7; 46, 1; 71, 5 et exitum fabulae 144. saepe verborum vel versuum partes, interdum versus etiam integros omisit, cf. e. g. 3, 4 *τις* pro [*αὐ*]*τῆς*, 3, 6 *δού*[*λη*], 13, 1 *τὰς* pro [*λεπ*]*τὰς* etc., vel 6, 16–17; 11, 6; 17, 4; 64, 10sqq.; 74, 8 etc.

Fabularum Babrianarum quas G exhibet concordantiam cum fabulis Athoanis vel ex alio fonte haustis et titulos ad singulas appositos, ut in G exstant, infra refero litterarum ordine praemisso:

αγ	G 1	(= A 12, 1–21) *περὶ χελῃδόνος* (mutila)
αι	G 2	(= A 3) *περὶ αἴγας*
αι	G 3	(= A 17) *περὶ αἰλούρου*
αι	G 4	(= 142) *περὶ δρυῶν*
αι	G 5	(= A 10) *περὶ δούλης*
αλ	G 6	(= A 5) *περὶ ἀλέκτωρος*
αλ	G 7	(= A 6, 1–15) *περὶ ἁλιέωι* (mutila)
αλ	G 8	(= A 9) sine titulo
αλ	G 9	(= A 11) *περὶ ἀλώπεκος*
αν	G 10	(= A 1, 1) sine titulo, primum tantum fabulae versum affert, post initium fabulae G 11 (= A 13) insertum.
αυ	G 11	(= A 13) *περὶ γερανοῦ καὶ πελαργοῦ*
βι	G 12	(= A 22) *περὶ μεσοκαιρῇ ἀνδρός*
βο	G 13	(= A 20) *περὶ βοϊλάτου*
βο	G 14	(= A 19) *περὶ ἀλώπεκος καὶ βότρυος*
γα	G 15	(= A 27) *περὶ γαλῆς*
γε	G 16	(= A 29) sine titulo
δε	G 17	(= A 39) *περὶ δελφίνων καὶ φαλλίνων*
δη	G 18	(= A 34) *περὶ ἀνθρώπου ἀπλίστου*
δυ	G 19	(= A 35) *περὶ πίθηκος*
ει	G 20	(= A 52) *περὶ ταύρων*
ελ	G 21	(= A 46) *περὶ ἐλάφου*
εχ	G 22	(= 143 infra) *περὶ ὄφεος* (non *ἔχεως*)
ει (falso)	G 23	(= A 61) *περὶ κυνηγοῦ καὶ ἁλιέα*
εφ	G 24	(= A 50) *περὶ τοῦ ἐν τῇ ὄψει φιλοῦντος καὶ εἰς τὶν ψυχὴν ἀποκτένοντος*
ζω	G 25	(= A 60) *περὶ τοῦ ἐν ἀπληστίᾳ ἀποθνήσκοντος*
ηρ	G 26	(= A 64) *περὶ τοῦ κρίσσον ταπεινὸς ὑπὲρ ψιλὸν* (i. e. *κρείσσων ταπεινὸς ὑπὲρ ⟨δα⟩ψιλόν*)

1) Codicis scriptura tot erroribus orthographicis scatet ut perraro dimidium quidem versum sanum legas. persaepe in primis has litteras librarius commutavit: *ο*/*ω* (cf. e. g. 10, 12 *τοῦτο* pro *τούτῳ*, 11, 5 *ὁδήγει*, 12, 21 *ὠρχάδος*, 22, 13 *αἴσωπως* etc.), *αι*/*ε* (cf. e. g. 12, 20 *μαι* pro *με* etc.), *ει*/*ι*/*η* (cf. e. g. 12, 19 *ἡμίφθει*, 72, 6 *ἠστίκει* etc.), *οι*/*ου* (cf. e. g. 6, 15 *σχούνων* pro *σχοίνωι*, 10, 3 *ἑτοῦμως* pro *ἑτοίμως*, 27, 6 *ἐρήμοις* pro *ἠρήμους* etc.), *οι*/*υ* (cf. e. g. 6, 8 *φοικῆς* pro *φυκίς*, 50, 8 *-δέδοικεν* pro *-δέδυκεν*, 67, 4 *μύρας* pro *μοίρας* etc.), *ει*/*υ* (cf. e. g. 6, 13 *μείζων* pro *μύζων*) vel *ει*/*οι* (cf. 13, 9 *χέροις* pro *χαίρεις*, 19, 1 *παρωροίης* pro *-ρείης* etc.), *ω*/*ου* (20, 2 *κυκλούδει* pro *κοιλώδη*, 79, 4 *ἔζουν* pro *ἔζων* etc.), *ο*/*ου* (cf. 19, 7 *βοκουλοῦσα* pro *βουκολοῦσα*); etiam *ω*/*α* (cf. e. g. 10, 12 *κεχόλαμαι* pro *κεχόλωμαι* vel 13, 12 *ἦλας* pro *ἦλως*).

ϑη G 27 (= A 67) *περὶ λέοντος καὶ ὀνάγρου*
ιδ G 28 (= A 71) *περὶ τρικυμίας ϑαλάσσης*
ικ G 29 (–) sine titulo, trimetris inclusa (v. infra)
ιπ G 30 (= A 74) sine titulo
ιπ G 31 (= 144 infra) *περὶ ἀ χρευε . . γονος*
ιρ G 32 (= A 72, 1–8) *περὶ τοῦ . δυμεν ἐπὶ ξένοις . . πλλ . .*, mutila

Hoc loco memoratu dignus videtur viginti fabularum Babrianarum index in Cod. Cryptensi 27 asservatus, ab A. Hausrath in Phil. 58, 1899, 259–260 editus. in hoc codice inde a folio primo fabularum 224 recensionis quae dicitur Augustanae (siglo I in CFA notatae) initia transcripta sunt: mox, titulo latino praemisso *Aesopearum fabularum versus iambici*, viginti fabularum Babrianarum initia leguntur, cum ordine quem G testatur fere congruentia, non ita tamen ut, mea quidem sententia, pro certo cum Hausrath conici possit utrumque codicem ex eodem fonte fluxisse, nedum Cryptensem codicis G apographum esse. fabularum Babrianarum initia hoc ordine disposita exhibet cod. Cryptensis 27: 1 (= G 1), 2 (= G 2), 3 (= G 3), 4 (= G 4), 5 (= G 5), 6 (= G 6), 7 (= G 7), 8 (= G 18), 9 (= G 9), 10 (= G 10), 11 (= G 12), 12 (= G 13), 13 (= G 14), 14 (= G 15), 15 (= G 16), 16 (= G 17), 17 (= G 19), 18 (= G 20), 19 (= G 21), 20 (= G 22).

3.3 De codice V

Codex Vaticanus Graecus 777, saeculi XIV[1]), charta mediocri ab uno eodemque scriba exaratus, foll. 106, post officium Sancti Iohannis evangelistae (in initio mutilum) foliis 15^r–106^v sine titulo Aesopi fabulas 244 continet alphabetico ordine digestas, e variis diversisque fontibus haustas (plerumque tamen ex Augustana quae dicitur recensione et ex metaphrasibus dodecasyllabis versibus conscriptis, v. infra): quarum in media congerie undetriginta Babrii fabulae[2]), metro saepe valde corrupto, passim diffusae inveniuntur.

Folia plura hic illic interciderunt[3]), manus recentior fabulas numeris 1–242 insignivit. in Babrii fabulis, sicut in aliis dodecasyllabo versu byzantino inclusis, libra-

1) Cf. R. Devreesse, Codices Vaticani Graeci, III, Vatic. 1950, 292, et É. Chambry, Aesopi Fabulae, I, Paris 1925, 20–21. specimina codicis Vaticani Gr. 777 habes ap. R. Merkelbach – H. van Thiel, Griechisches Leseheft, Göttingen 1965, 64–65.

2) Franciscus De Furia in opere quod inscribitur Fabulae quales ante Planudem ferebantur ex vetusto codice Abbatiae Florentinae nunc primum erutae, una cum aliis partim hinc inde collatis, partim ex codd. depromptis (Lipsiae 1810) fabulas 36 edidit a Hieronymo Amato e cod. Vat. gr. 777 transcriptas (cf. O. Crusius, Fleckeis. Jahrb. 127, 1883, 225): inter quas, misere quidem corruptas, Babrianas viginti tres inesse non animadvertit. editione a Furia confecta, non ipso cod. Vaticano, usi sunt fabularum Aesopicarum et Babrianarum editores (e. g. J. G. Schneider, Vratislaviae 1812; J. H. Knoche, Halae 1835; K. Lachmann et amici, Berolini 1845, etc.) usque ad annum 1878. tunc in lucem prodiit P. Knoellii dissertatio Neue Fabeln des Babrios, Sitzungsber. der phil.-hist. Kl. der Akad. der Wiss. in Wien XCI, 1878, 659 sqq.: qui non solum ipsum codicem perdiligenter investigavit sed sex in eo Babrii fabulas novas (nn. 130–135 in Crusii et in nostra editione) agnovit et emendavit.

3) Cf. Devreesse 292: „deciderunt, ex fasc. ⟨γ'⟩ folium primum (ante fol. 31), ex fasc. ⟨δ'⟩ folia duo (ante foll. 38 et 42), ex fasc. ⟨ς'⟩ folium primum (ante fol. 52)." vide etiam Chambry 20.

rius versus continuatim exscripsit, puncto tantum, neque semper, distinctos, epimythia soluta oratione concepta (= epim.[2]) ad unam quamque Babrii fabulam apposuit, primam fabularum et epimythiorum litteram in marginem dextrum eiectam latiore ductu valde auctam descripsit. erroribus orthographicis codicis scriptura saepius inquinatur: ex quibus in primis notandi sunt qui ex litteris *ει/ι/η*, *ο/ω*, *αι/ε* commutatis orti sunt. librarius saepe etiam *εβ/αβ* pro *ευ/αυ* scripsit (cf. e. g. 61, 8 *τοξέβον*, 88, 1 *νεοττέβων*, 124, 6 *ἱκέτεβε* etc.), rarius invicem *αυ* pro *αβ* vel sim. (cf. e. g. 130, 9 *ῥαύδον*).

Initia fabularum Babrianarum, ordine et numero codicis V servato, infra refero et congruentiam cum fabulis Athoanis vel ex alio fonte sumptis appono:

α	V 9	(fol. 17^{v}) *ἀλώπηξ*	(= 130 infra)
β	V 17	(fol. 20^{v}) *βόες*	(= A 21)
β	V 18	(foll. 20^{v}–21^{r}) *βοηλάτης*	(= A 20)
γ	V 30	(fol. 24^{v}) *γαλῆν*	(= A 27)
ϑ	V 64	(fol. 34^{r}) *ϑεοῖς*	(= A 68)
ι	V 68	(fol. 35^{v}) *ἵππον τις*	(= A 83)
λ	V 88	(fol. 42^{v}) *λέων*	(= A 90)
λ	V 90	(fol. 43^{r}) *λέοντι*	(= A 99)
λ	V 97	(fol. 45^{v}) *λύκος*	(= A 101)
μ	V 114	(fol. 51^{r}) *μεϑύων*	(= A 114)
ν	V 122	(fol. 54^{r}) *νεώς ποτ'*	(= A 117)
ν	V 129	(fol. 57^{v}) *νυκτὸς*	(= A 116)
ν	V 130	(fol. 58^{r}) *νέον*	(= 131 infra)
ο	V 133	(fol. 60^{rv}) *ὁδοιπορῶν*	(= 126 infra)
ο	V 134	(fol. 60^{v}) *ὀστράκῳ*	(= 127 infra)
ο	V 135	(fol. 61^{r}) *οἴς*	(= 132 infra)
ο	V 136	(fol. 61^{v}) *οἴς τις*	(= 128 infra)
ο	V 137	(fol. 62^{rv}) *ὄνον τις*	(= 129 infra)
ο	V 141	(fol. 63^{v}) *ὄνος τις*	(= 125 infra)
ο	V 142	(fol. 64^{r}) *ὄνος*	(= 133 infra)
ο	V 155	(fol. 69^{v}) *ὀρνιϑοϑῆρα*	(= 124 infra)
ο	V 164	(fol. 73^{v}) *οὐρά ποτ'*	(= 134 infra)
ο	V 173	(fol. 77^{v}) *ὄνον τις*	(= A 55)
π	V 192	(fol. 84^{v}) *περδικά τις*	(= 135 infra)
π	V 198	(fol. 86^{v}) *πλειάδος*	(= A 33)
φ	V 211	(fol. 92^{r}) *φρύνον*	(= A 28)
χ	V 216	(fol. 95^{rv}) *χελιδὼν*	(= A 12)
χ	V 217	(fol. 96^{r}) *χαραδρεὸς*	(= A 88)
κ	V 242	(fol. 106^{v}) *κόραξ*[1])	(= A 77)

Siglo Mb, inde a Chambry trito, ipsum codicem Vaticanum Gr. 777 notatum invenies quotiescumque non de Babrii fabulis agitur, sed de paraphrasibus (v. infra) vel de fabulis dodecasyllabis versibus inclusis.[2]) codex paucas tantum Babrianarum fabularum paraphrases continet, ex

---

1) Fabula haec cum aliis quibusdam e diversis fontibus haustis in fine codicis ab eodem scriba addita est certo ordine non servato.
2) Cf. B. E. Perry, Aesopica, Urbana 1952, 304.

exemplari quodam collectionis Bodleianae quae dicitur (v. infra de cod. **Ba**) excerptas:

Mb 76 ap. Cham. II p. 261 (cf. Babr. 40)
Mb 68 ap. Cham. I p. 253 (cf. Babr. 74)
Mb 70 ap. Cham. I p. 243 (cf. Babr. 75)
Mb 93 ap. Cham. II p. 529 (cf. Babr. 91)
Mb 88 ap. Cham. II p. 332 (cf. Babr. 95)
Mb 84 ap. Cham. II p. 313 (cf. Babr. 104)

3.4 De Π_1

Papyrus Oxyrhynchus X 1249 (= Pack² 173), voluminis fragmentum, saeculi tertii ineuntis[1]), Babrii fabulas hoc ordine dispositas continet: 43, 19 (epimythii fragmentum); 110, 1–4; 118, 1–11 (v. 5 omisso); 25, 1 (primi versus frustulum).

Versuum exitus omnes perierunt. prima fabularum littera in ecthesi posita, inter fabulae exitum et insequentis initium nulla spatii intermissio. mea quidem sententia, qui fabulas sic digessit, non alphabeticum ordinem sed argumentum respexisse videtur: i. e. de falsa opinione (*περὶ γνώμης*) unius (de se vel de suis, fab. 43; de aliis, fabb. 110 et 118) et de falsa opinione multorum (fab. 25) exempla quaedam e Babrii fabulis Aesopeis collegit. quod optime quidem Anthologicis in capita (*κεφάλαια*) ad virtutes et vitia spectantia digestis convenire videtur.[2]) ut E. G. Turner dispexit[3]), idem librarius qui hanc papyrum exaravit etiam PSI XI 1208, PSI XI 1209 + P. Oxy. XVIII 2161, PSI XI 1210 + P. Oxy. XVIII 2160, P. Oxy. XVIII 2159, P. Oxy. XVIII 2162–2164, P. Oxy. XVIII 2178–2179 (cf. Pack² 26), Aeschyli fragmenta continentes exscripsit.

---

1) Editores Grenfell et Hunt eam saeculo II p. Chr. n. tribuerunt, sed nihil in eius scriptura inest quod non et saeculo III ineunti vel ad medium vergenti adscribi possit (magno mihi auxilio fuerunt Proff. Guido Bastianini, Manfredo Manfredi et Paola Pruneti qui liberaliter mecum hanc quaestionem pertrectarunt). G. Cavallo, *Γράμματα Ἀλεξανδρῖνα*, JÖB 24, 1975, 33, nihil certi mihi afferre videtur ad papyri aetatem intra medium saeculum alterum firmandam: hoc loco memoratu digna sunt quae G. Turner, Greek Manuscripts of the Ancient World, Oxford 1971, 23 monuit: „comparison of book hands with dated documentary hands will be less reliable: the intention of the scribe is different in the two cases: besides, the book-hand style in question may have had a long life . . . a manner of writing which a scribe learned in his youth he may still be writing in old age. For book hands a period of 50 years is the least acceptable spread in time.“ si res ita se habet, cum manifesto huius papyri aetas maximi sit momenti ad Babrii ipsius aetatem definiendam, cavendum est ne nimium aetati coniecturis tantum firmatae tribuamus. adde quod tertii quidem saeculi praeclara quaedam exstant exempla papyrorum paulo post aetatem qua ipsum opus editum sit exaratarum: cf. e. g. P. Oxy. III 412 (Pack² 53) qua fragmentum Iulii Africani *κεστῶν* continetur et P. Cair. inv. 45623 (Pack² 1330) qua versus aliquot Oppiani Halieuticorum scripti exstant.

2) Cf. e. g. P. Col. II 64 (B. Cramer – D. Hagedorn, Kölner Papyri II, Opladen 1978, 56sqq.) ubi Aesopi fabula et Theognidis sententia ad caput *περὶ ἀχαριστίας* repertorii cuiusdam rhetorici pertinere videntur.

3) Cf. Greek Manuscripts, tab. 24 et adn. ad loc.

3.5 De Π_2

Tabulas Ceratas Assendelftianas[1]) (Bibliotheek der Rijksuniversiteit, Leiden), de quibus v. Pack^2 174, saeculo tertio, ante Palmyram anno 272 post Chr. n. deletam[2]), puer in scriptura se exercens magistro dictante exaravit.

Hic illic (v. infra) magister ipse quaedam cursivis litteris, quae dicuntur, addidisse videtur. pugillares undecim Babrii fabulas continent ex parte mutilas, quibus tres fabulae ex alio fonte haustae admixtae sunt[3]): earum duae, soluta oratione conscriptae[4]), cum Pseudo-Dositheanis (v. infra) ad verbum fere concinunt, tertia trimetris ut videtur inclusa nusquam alibi asservatur.[5]) in prima tabula et in novissima Hesiodi versus grandioribus litteris exaratus est. fabulae sine certo ordine exscriptae sunt: attamen haud fortuito accidit quod, quae ex alio fonte fluxerunt, alia post aliam in tabulis contiguis exaratae sunt:

tab. I^{v}	Hes. Op. 347
tab. II^{rv}	fab. 136, 1–15 / paraphrasis vv. 136, 16–22 (cf. adn. ad loc.) / epimythium 136, 23–24 / fab. 137 / fab. 78 (= A 78)
tab. III^{r}	fab. 78 litteris cursivis exarata
tab. III^{v}	fab. 97 (= A 97)
tab. IV^{r}	fab. 138
tab. IV^{v}	fab. 117 (= A 117) / fab. 91 (= A 91)
tab. V^{r}	fab. 91 fin. / fab. de leone et vulpe, soluta oratione conscripta (~ Ps. Dosith. 6, v. infra), cf. Babr. 103
tab. V^{v}	continuatio fab. de leone et vulpe / fab. de leone et mure, soluta or. conscripta (~ Ps. Dosith. 2, v. infra), cf. Babr. 107 / sequuntur glossae quaedam epicae cursivis litteris exaratae (v. Crusius, Fabeln 233)
tab. VI^{r}	continuatio fab. de leone et mure / fab. de rustico et vipera, trimetris inclusa (cf. Babr. 143)
tab. VI^{v}	fab. 139 / fab. 43 (= A 43), vv. 1–5 et epimythii frustulum (43, 16. 18–19), cursivis litt. transcriptum / metaphrasis vv. 43, 11–15 choliambis inclusa et epimythii fragmentum (43, 16. 18–19) / fab. 123 (cuius primus tantum v. in A exstat) / fab. 121 (= A 121)
tab. VII^{v}	Hes. Op. 347 (e tab. I^{v} iteratus)[6]), transversa linea deletus.

Magister inter dictandum difficiliora omisit (cf. 43, 6–10; 78, 3; 91, 6; 97, 7; 117, 7) vel contra metrum immutavit (136, 11; 121, 2), quaedam explicandi gratia interpolavit (cf. 97, 9; 136, 16sqq.), semel etiam Babrii metaphrasin vel ipse concinnavit vel adhibuit (cf. 43, 11–17).

1) Bibliothecam tabulis donavit A. D. van Assendelft de Coningh paulo post mortem fratris qui anno 1881 Palmyrae eas emerat; cf. D. C. Hesseling, On Waxen Tablets with Fables of Babrius, Journ. of Hell. St. 13, 1893, 293sqq.

2) Cf. D. C. Hesseling 298sqq.

3) Omnes fabulas in Π_2 inclusas primus edidit D. C. Hesseling 302sqq. plura adiecit O. Crusius, Fabeln des Babrius auf Wachstafeln aus Palmyra, Philol. 53, 1894, 228sqq. alias commentationes affert J. Sitzler, Jahresber. über die Griech. Lyr. 1891–1894, JAW 92, 1898, 111–113.

4) Vide nunc eas in CFA II 117–119 a Hausrath accuratius editas.

5) Editam invenies ap. Hesseling 311 (trimetros tamen non agnovit). versus ibi inesse animadverterunt H. Weil (Journ. des Sav. 1894, 149) et van Leeuwen (Mnemosyne 22, 1894, 224). ultimus eam edidit O. Crusius, Babrii ed. maior, 234.

6) Cf. e. g. tabulam ceratam Brit. Mus. Add. MS. 34186 saec. II p. Chr. n. (= Pack^2 2713) ap. E. G. Turner, Greek Manuscripts, tab. 4, p. 32.

3.6 De Π_3

Papyrus Amherst II 26 (= Pack² 172), voluminis fragmentum, saeculi III exeuntis vel IV ineuntis[1]), duabus integris columnis Babrii fabulas a littera *α* incipientes continet, cum latina versione[2]) ad consuetudinem Interpretamentorum (Hermeneumaton) verbatim confecta[3]), a scriba indocto pessime corrupta:

I col. latina interpretatio fab. 16, 3–10; fab. 17, 1–6 (incipit *αἴλουρος*); fab. 16, 1–7 (incipit *ἄγροικος*)

II col. fab. 16, 8–10 (16, 10 supra lin. corr. ipsa m. pr.); latina interpretatio fab. 11, 1–9 et epimythii 11, 10–12; fab. 11, 1–9 (incipit *ἀλώπεκ(α)*)

3.7 De Π_4

Papyrus Bouriant 1 (= P. Sorbonne inv. 826, cf. Pack² 2643), codex saeculi IV, undecim foliis constans, in usum scholarum exaratus[4]), foliis I–V^v tabulas verborum monosyllaborum, disyllaborum, trisyllaborum, quadrisyllaborum continet, foliis VI^r–VII^r chrias aliquot Diogenis, foliis VII^v–IX^v sententias quae dicuntur *μονόστιχοι*[5]), foliis IX^v–XI^r Babriani Prologi prioris vv. 1–11.[6])

Post v. 11 subscriptio addita est *εὐτυχῶς τῷ ἔχοντι καὶ τῷ ἀναγινώσκοντι μᾶλλον δὲ τῷ νοοῦντι*, metro fere conscripta (dim. ia.). monostichorum et Prologi versus in duas partes, saepe in caesura divisi, exscripti sunt, altera pars priori subiecta.

---

1) Cf. B. P. Grenfell – A. S. Hunt, The Amherst Papyri, II, London 1901, 26–29.

2) Cf. P. Collart, Les papyrus littéraires Latins, Rev. de Phil. sér. III 15, 1941, 112–128, n⁰ 4; R. Cavenaile, Corpus Papyrorum Latinarum, Wiesbaden 1956–1958, n. 40. vide etiam M. Ihm, Eine lateinische Babrios-Übersetzung, Hermes 37, 1902, 147–151.

3) Cf. L. Radermacher, Aus dem zweiten Bande der Amh. Pap., Rhein. Mus. 57, 1902, 141–145, qui institutiones grammaticas latino-graecas in cod. Paris. gr. 425 contulit.

4) Edid. P. Jouguet – P. Perdrizet, Studien zur Palaeographie und Papyruskunde C. Wessely, VI, 1906, 148–161, et P. Collart, Les papyrus Bouriant, Paris 1926, 25–27. cf. E. Ziebarth, Aus der antiken Schule, Bonn 1913², n. 46; id., Aus dem griechischen Schulwesen, Leipzig u. Berlin 1914², 127–128. vide de huiusmodi libellis scholasticis H. I. Marrou, Histoire de l'éducation dans l'antiquité, Paris ⁶1964, cap. II 6.

5) Papyri Bour. sententias edidit S. Jaekel, Menandri sententiae, Leipzig 1964, 5–6.

6) Cf. O. Immisch, Babriana, Rhein. Mus. 79, 1930, 153–169.

3.8 De Pseudo-Dosithei Interpretamentis

Ignotus ille magistellus qui sub vulgato Pseudo-Dosithei nomine latet[1]) saeculo fere tertio vel quarto[2]) (cf. PSI VII 848) opuscula varia graeca et latina e diversis fontibus hausta transcripsit (cf. *μετέγραψα* p. 7, 67; 56, 34, vel *ἀνεγράψαμεν* p. 48, 7), ad verbum graece vel latine interpretatus est et in duodecim libellos distribuit, ita tamen ut semper graeca vox latinae praemitteretur: nam, ut ipse dicit (p. 30, 33sqq.), usui *φιλητῶν τῆς λαλιᾶς ῥωμαϊκῆς* haec colligenda curaverat. quarto *Ἑρμηνευμάτων* libello insunt sedecim fabulae Aesopeae soluta oratione conscriptae, quarum ordo ante fab. 13 alius est in cod. Leid. Voss. gr.

---

1) Cf. G. Goetz, Corpus Glossariorum Latinorum, I, Lipsiae – Berolini 1923, 17sqq. et id. s. v. Dositheus 8, RE V 2 (1905) 1606 – 1607. Hermeneumata Leidensia edita sunt in Corp. Gloss. Lat. III 1 – 72, fragmentum Parisinum ibid. 94sqq. de interpretamentis graeco-latinis cf. H. I. Marrou, Histoire de l'éducation, cap. III 3 fin.

2) Vulgata est opinio (cf. e. g. G. Goetz, RE V 2, 1607, vel M. Schanz – C. Hosius, Gesch. der röm. Lit., § 347 et § 836) Pseudo-Dositheum tertio saeculo ineunte Interpretamentorum corpus concinnavisse, quod in initio sexti Hermeneumaton libelli, qui Hygini Genealogian continet, ipse magistellus annum indicaverit quo Hygini opus transcripserat: cf. Corpus Gloss. Lat. III 56, 30 – 34 *Μαξίμῳ καὶ Ἄπρῳ ὑπάτοις* (i. e. anno 207 p. Chr. n.) *πρὸ γ' εἰδῶν Σεπτεμβρίων Ὑγίνου γενεαλογίαν πᾶσιν γνωστὴν μετέγραψα ἐν ᾗ ἔσονται πλείονες ἱστορίαι διερμηνευμέναι ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ· θεῶν γὰρ καὶ θεάων ὀνόματα ἐν δευτέρῳ ἐξεπλέξαμεν* .... quae si ita essent, cum certe ab eodem auctore et alia interpretamenta, inter quae et Aesopi Babriique fabellae, transcripta sint, procul dubio Babrii libellos ante annum 207 in usum scholarum, in Orientis quidem regionibus, adhibitos esse putares: cf. O. Crusius, Babrii ed. maior, 3: „itaque ... aut ipso anno 207 aut aliquot annis ante vel post a. 207 fabularum Babrianarum conlectio quaedam hominum manibus terebatur", quae recepit B. E. Perry in Babrianae editionis Prolegomenis XLVII: „the presence of two fables of Babrius ... in the Hermeneumata ... which was written, according to its author, in the year A. D. 207, shows that Babrius lived before that time". attamen Pseudo-Dosithei locum accuratius mihi inspicienti vulgata haec opinio refellenda potius quam accipienda videtur: nam ante annum diemque adscriptum haec leguntur in cod. Leid.: *καθὼς δὲ ὑπεσχόμην τὰ ὅμοια λογάρια ἀποδώσω· Μαξίμῳ καὶ Ἄπρῳ ὑπάτοις* ... verba *καθὼς κτλ.* ... in fine sunt Interpretamentorum libri quinti, in quem magistellus tractatum quendam de iuris speciebus et de manumissionibus transcripsit: ideoque plane patet in fine libelli eum adiecisse, ut quidem promiserat (cf. sim. locut. *ἃ ὑπεσχόμην* in initio libelli, p. 48, 40), textum legis cuiusdam (senatus consulti, ut videtur), cuius initium tantum in cod. servatum est, i. e. annus diesque quibus data est lex (de locutione latina *ὑπάτοις* cf. e. g. R. K. Shark, Roman Documents from the Greek East, Baltimore 1969, 27. 3 p. 158), cetera interciderunt (lacunis, saepe amplissimis, totum Hermeneumaton corpus laborat, exciderunt que non singula tantum verba vel librorum frustula sed integri quidem libelli). adde quod verba *ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ* in textu tradito falso post *διερμηνευμέναι* transposita sunt: necesse est legas *ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ Ὑγίνου γενεαλογίαν* ..., collato loco simillimo p. 7, 67sqq. (cf. etiam p. 30, 37; 48, 3sqq.). si, ni fallor, res ita se habet, annusque 207 ad legem a Pseudo-Dositheo transcriptam spectat, de magistelli aetate qua vixerit nihil est quod certius dicas quam eum post annum 207 opus suum composuisse.

Q. 7 (saec. X–XI), alius in cod. Paris. lat. 6503 (saec. IX). inter fabulas 15 (Leid. Paris. = 15 in CFA II p. 128) et 16 (Leid. Paris. = 16 in CFA II p. 129), insertae sunt in Leidensi duae Babrii fabulae (84 = A 84; 140), in Parisino sola fab. 140[1]), quam nullus alius nobis fons adhuc testatur. fabularum quae prorsa oratione conscriptae sunt duae (fab. 2 et 6 in CFA II pp. 121 et 123) ita ad verbum fere cum eis quae in Tabulis ceratis Assendelftianis (Π_2, v. supra) asservantur concinunt[2]), ut certum sit et Pseudo-Dositheum et magistellum Palmyrenum ex uno eodemque 'Aesopo' illis temporibus vulgato eas sumpsisse, quem Babrius ipse, mea quidem sententia, haud multo ante respexisse videtur.[3])

3.9 De codice **Ba**

Codex Oxon. Bodleianus Auct. F. 4. 7 (W Mss 847), olim Bodl. misc. 2906, chartaceus, foliis 312 constat, quorum foll. 3–195 medio saec. XV, ft. etiam exeunte[4]), pereleganti nitidaque scriptura exarata sunt, foll. autem 1–2 et 196–312, quibus theologica quaedam et paraphrasis trium Iohannis Damasceni Canonum continentur, a manu recentiore exscripta sunt.

In foliis 3–195 haec leguntur:

foll. 3r–134v	eclogarum de virtutibus et vitiis capita quinquaginta (I *περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας*, II *περὶ φρονήσεως καὶ βουλῆς*, etc.), ubi sententiae Novi Veterisque Testamenti, Patrum, scriptorum graecorum et byzantinorum ordine digestae sunt.
foll. 135r–165r:	*ὅροι διάφοροι σὺν θεῷ κατὰ τὴν παράδοσιν καὶ πίστιν τῆς ἀπ. ἐκκλ.* (definitiones variae secundum traditionem et fidem ecclesiae apostolicae).
foll. 165r–194r:	fabulae Aesopeae 148 alphabetico ordine digestae, promythiis

1) In tali codd. discrepantia incertum est duasne an unam tantum Babrii fabulam Pseudo-Dositheus libello suo inseruerit.

2) Cf. D. C. Hesseling 310–311; A. Hausrath, Untersuchungen zur Ueberlieferung der Aesop. Fabeln, Fleckeis. Jahrb. Suppl. XXI, 1894, 299; O. Crusius, Fabeln des Babrius 248

3) Cf. Prol. I 17. aliter Hausrath, Crusius, Getzlaff, cett., qui Babrium ipsum inter Aesopi vulgati fontes adnumerandum censent.

4) Haec mihi suasit Augustus Guida. de codicis aetate falso iudicavit Pius Knoell (v. infra), qui foll. 3–195 scribae saeculi XIII tribuit (haec repetit B. E. Perry in editionis Babr. prolegom. LXVII et in Aesopicis, Urbana 1952, 299). E. Chambry foll. 3–195 saeculo XV in. scripta putat (praef. 17), saeculo autem XVI in. H. O. Coxe, Bodleian Library: Quarto Catalogues I, Greek MSS, reprinted with corrections from the ed. of 1853, Oxford 1969, 681–682.

instructae.[1]) collectioni titulus rubricatus, trimetro byzantino inclusus, praemissus est (*αἴσωπος εὗρε τοῖς μύθοις πρᾶξιν βίου*). librarius omnia promythia necnon et fabularum litteras initiales valde auctas, in marg. sinistrum eiectas, rubro atramento depinxit.

foll. 194r – 195v: *ἕτεραι γνῶμαι* sequuntur inter quas, summo fol. 194v, recensio fabulae CFA 49, adhuc ignota, prope ad formam Augustanam (CFA I) accedens, legitur (incipit *νεανίσκος ἀρνίον ἀπολέσας ηὔχετο τῷ Διὶ ἐὰν τὸν κλέπτην εὕρω* . . .)

Fabulas aliquot e codice Bodleiano depromptas primus edidit Thomas Tyrwhitt, Dissertatio de Babrio fabularum Aesopearum scriptore. Inseruntur fabulae quaedam Aesopeae numquam antehac editae ex cod. Ms. Bodleiano. Accedunt Babrii fragmenta, Londinii 1776 (editio altera auctior, Erlangae 1785). omnes codicis fabulas primus in lucem protulit P. Knoell, Fabularum Babrianarum paraphrasis Bodleiana, Vindobonae 1877, cuius confer dissertationem Die Babrianischen Fabeln des cod. Bodleianus 2906, Wien 1876. omnes et melius quidem editae legi possunt, sed in fabularum Aesopicarum congerie sparsim insertae, ap. E. Chambry, Aesopi Fabulae, I – II, Paris 1925, qui alios quosdam codices contulit (v. infra).

3.10 De codice Bb

Codex Vaticanus Palatinus Graecus 367, bombycinus, foliis IV + 195 constat, quorum maxima pars a docto librario in Cypro insula exarata est. annorum notis quae passim per codicem leguntur perpensis A. Turyn concludit codicem ferme circa annos 1317 – 1320 conscriptum esse.[2])

Codex miscellaneus varia sacra et profana continet (e. g. Anastasii et Io. Damasceni scripta quaedam, arithmeticae et geometriae compendia, diversa genera carminum byzantinae aetatis, plerumque recentissimae, partim theologica partim politica): foliis 4v – 14r, inter Sophronii Hierosolym. orat. de fide et byzantinum compendium cognationum licitarum ac prohibitarum nuptiarum, alphabetico ordine digestae asservantur 91 fabulae e paraphrasi quae dicitur Bodleiana a monacho

1) Unde patet eum qui hanc syllogen curaverit sententias potius quam fabularum argumenta respexisse (cf. P. Knoell, Fabularum Babrianarum, praef. VII): ita tamen non fecit, ut Perry, Aesopica 299, voluerat, „morem servans pristinum“: nam etiam rhetoribus recentioris byzantinae aetatis promythia fabulis apponere placuit, cf. e. g. Nicephori Basilacae fabulam ap. CFA II p. 186 (ex Progymnasmatis Nicephori, Rhet. Gr. I 427 Walz). byzantini quidem rhetores de promythii et epimythii utilitate et vicibus disseruerunt, cf. e. g. Iohannis Doxopatris commentationem de promythio et epimythio ap. Rhet. Gr. I 173 – 174 Walz.

2) Cf. A. Turyn, Codices Graeci Vaticani saeculis XIII et XIV scripti annorumque notis instructi (Series maior Vat., vol. XXVIII), Romae 1964, 117 – 124. cf. etiam H. Stevenson, Codices manuscripti Palatini Graeci Bibl. Vaticanae, Romae 1885, 229 – 235. de hoc codice Cypriae scripturae teste celeberrimo cf. P. Canart, Un style d'écriture livresque dans les manuscrits chypriotes du XIVe siècle: la chypriote «bouclée», Colloques Internat. du Centre National de la Recherche Scientif.: La Paléographie grecque et byzantine (Paris 21 – 25 oct. 1974) Paris 1977, 303 sqq.

quodam selectae[1]), qui eas in primis omisit in quibus de obscenis (v. infra e. g. **Ba** 25, 121 ...), de gentilium dis vel moribus (v. infra e. g. **Ba** 5, 6, 10, 19, 50, 51, 69, 97 ...) ageretur, alias denique respuit quarum sententiae in usum monachorum vix verti possent (v. infra **Ba** 1, 35, 47, 76, 94, 103, 132, 142 ...): duabus fabulis ipse epimythia monachorum in usum adcommodavit.[2]) conlectionis titulum et versum byzantinum titulo subiectum (*Ἀποφθέγματα Αἰσώπου πάνυ ὠφέλιμα: Αἴσωπος εὗρε τοῖς μύθοις πρᾶξιν βίου*), necnon et fabularum epimythiorumque primam litteram, in fabb. semper in marg. sin. eiectam, valde auctam scriba rubricavit. prima tantum fabula (**Bb** 1 = **Ba** 2, v. infra) a promythio incipit (ut omnes in cod. **Ba**): ceteris epimythia apposita sunt.[3])

Ex hoc codice fabulas quadraginta et unam in Mythologiam suam Francofurti anno 1610 editam transtulit Isaac Nicolaus Neveletus. P. Knoell Neveleti opus contulit, codicem Vat. Palatinum ipsum non adhibuit sed codicem e **Bb** descriptum, neglegenter exaratum, Marcianum XI 1, saec. XIV, 49 fabulas continentem (cf. Chambry, I praef. pp. 18–19). primus E. Chambry textum fabularum in **Bb** asservatarum cum **Ba** diligenter contulit.

Ut infra elucebit, ordo fabularum quae in **Ba Bb** conlectae sunt maximi momenti est ad codicum **A G V** adfinitates dinoscendas: quam ob rem omnium **Ba** (**Bb**) fabularum concordantiam cum Athoanis et ex aliis fontibus haustis infra commodavi, litterarum ordine quo in **Ba** (**Bb**) dispositae sunt servato, verbis quibus una quaeque fabula et in **Ba** (**Bb**) et in **A** ceterisque fontibus incipit appositis. quo facilius fabulae inter se comparari possint, Bodleianarum congruentiam cum editione a Chambry confecta addendam curavi:

Ba 1 *αἰτοῦντι*		**A** 16 *ἄγροικος*	II p. 365
2 *ἀηδόνι*	(**Bb** 1)	**A** 12 *ἀγροῦ*	I p. 48
3 *αἶγα*	(**Bb** 2)	*	I p. 59
4 *αἰγοβοσκός*	(**Bb** 3)	**A** 3 *αἶγας*	I p. 58
5 *αἱ δρύες*		142 *αἱ δρῦς* **G**	I p. 197
6 *αἰσχρᾶς*		**A** 10 *αἰσχρῆς*	I p. 63
7 *ἀλέκτορες*	(**Bb** 4)	**A** 5 *ἀλεκτορίσκων*	I p. 66

1) Promythium fabulae **Ba** 127 (a **Bb** omissae) ad fabulam **Bb** 76 (= **Ba** 128) falso appositum et promythium **Ba** 113 (a **Bb** omissae) fabulae **Bb** 68 (= **Ba** 112) additum demonstrant monachum totam fabularum conlectionem prae oculis habuisse.

2) Post fabulam de hirundine et luscinia (**Bb** 1 = **Ba** 2): *ἡ μὲν χελιδὼν τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ ἀνθρώποις* (*τῶν -πων* cod.) *παρεικάζεται, ἡ δὲ ἀηδὼν τοῖς φιλερήμοις κατὰ θεὸν μοναχοῖς οἵτινες τὸν κόσμον* (*τῷ κόσμῳ* cod.) *ἔφυγον*, cf. Chambry I p. 48); post fabulam de simiae filiis (**Bb** 19 = **Ba** 30): ... *ὅσα δὲ δῆθεν μισοῦσι, αὐτὰ εὐκόλως πρὸς σωτηρίαν ἀπέρχονται καὶ τὸ τῶν μοναχῶν σχῆμα περιβάλλονται*, cf. Chambry II p. 498.

3) Cum tamen in communi codicum **Ba** et **Bb** exemplari (cf. Chambry I p. 18) sententiae fabularum (i. e. prom. vel epim.) duobus locis inter se commutatae sint (cf. sent. fabb. **Ba** 31 = **Bb** 20, **Ba** 32 = **Bb** 21 et sent. fabb. **Ba** 129 = **Bb** 77, **Ba** 130 = **Bb** 78), cumque e. g. **Ba** 84 (= **Bb** 54) promythii loco habeat epimythium **Bb** 53 (= **Ba** 83), cum autem **Bb** 68 (= **Ba** 112) epimythii loco habeat promythium fab. **Ba** 113 a **Bb** omissae, est cur dubites promythiisne an epimythiis primitus huius conlectionis fabulae instructae sint. ideoque cum Knoell, Crusius, Chambry brevitatis gratia infra semper de 'epimythiis' codd. **Ba Bb** loquar.

8 ἁλιεύς	(Bb 5)	A 4 ἁλιεύς	I p. 75
9 ἀλώπεκα	(Bb 6)	A 11 ἀλώπεκ(α)	I p. 128
10 ἄνδρες		A 15 ἀνήρ	I p. 109
11 ἀνῆλθε		A 1 ἄνθρωπος	II p. 535
12 ἄνθρωπος	(Bb 7)	A 7 ἄνθρωπος	I p. 255
13 ἄρκος	(Bb 8)	A 14 ἄρκτος	I p. 138
14 ἀρούρῃ	(Bb 9)	A 13 αὔλαξι	II p. 463
15 ἀνήρ	(Bb 10)	A 22 βίου	I p. 120
16 βοηλάτης	(Bb 11)	A 23 βοηλάτης	I p. 156
17 Βορρᾶς		A 18 Βορέη	I p. 153
18 βότρυας	(Bb 12)	A 19 βότρυς	I p. 86
19 γαλῆ		A 32 γαλῆ	I p. 160
20 γαλαῖ	(Bb 13)	A 31 γαλαῖ	II p. 387
21 γάμοι		A 24 γάμοι	I p. 236
22 γέρων	(Bb 14)	A 29 γέρων	I p. 251
23 γεωργός		*	I p. 165
24 δάμαλις	(Bb 15)	A 37 δαμάλης	I p. 192
25 διέβαινε		A 40 διέβαινε	II p. 261
26 διὰ στενῆς		*	I p. 238
27 δεῖπνον	(Bb 16)	A 42 δεῖπνον	II p. 300
28 δρυτόμοι	(Bb 17)	A 38 δρυτόμοι	I p. 199
29 δρῦν	(Bb 18)	A 36 δρῦν	I p. 201
30 δύο	(Bb 19)	A 35 δύω	II p. 498
31 εἰς λύκον	(Bb 20)	A 53 εἰς λύκον	II p. 375
32 ἐν πόλει	(Bb 21)	A 52 εἰς ἄστυ	I p. 149
33 ἐγγύς	(Bb 22)	A 49 ἐκάθευδε	II p. 432
34 ἔλαφος	(Bb 23)	A 43 ἔλαφος	I p. 208
35 ἐν τόπῳ		*	II p. 501
36 ἐνέμοντο	(Bb 24)	A 44 ἐνέμοντο	I p. 150
37 ἐν σπηλαίῳ	(Bb 25)	A 45 ἔνιφεν	I p. 62
38 ἐν τοῖς		A 47 ἐν τοῖς	I p. 180
39 ἐν τόπῳ	(Bb 26)	A 51 ἐν τῷ ποτ'	II p. 516
40 Ἑρμῆς		A 57 Ἑρμῆς	I p. 221
41 ἔφευγεν	(Bb 27)	A 50 ἔφευγ'	I p. 90
42 ἔχιδναν	(Bb 28)	143 ἔχιν G	I p. 172
43 Ζεύς		A 59 Ζεύς	I p. 233
44 Ζεύς		A 58 Ζεύς	I p. 231
45 ἡ χελιδών	(Bb 29)	*	II p. 553
46 ἡμίονος	(Bb 30)	A 62 ἡμίονος	II p. 236
47 ἤριζεν		A 65 ἤριζε	II p. 530
48 ἤριζον		A 64 ἤριζον	I p. 205
49 θέρους	(Bb 31)	*	II p. 341
50 θεῶν		A 66 θεῶν	II p. 492
51 θεοί		A 70 θεῶν	II p. 514
52 θῆρας	(Bb 32)	A 67 θήρης	II p. 346
53 ἰατρός	(Bb 33)	A 75 ἰατρός	I p. 243
54 ἰδών	(Bb 34)	A 71 ἰδών	II p. 402
55 ἴκτινος		A 73 ἴκτινος	I p. 248
56 ἴκτινος		*	I p. 246
57 ἵππον		A 76 ἱππεύς	I p. 257
58 ἵππος	(Bb 35)	A 74 ἵππος	I p. 253
59 Ἶρις		A 72 Ἶρις	II p. 282
60 καρύα	(Bb 36)	*	II p. 269
61 κόραξ	(Bb 37)	A 77 κόραξ	II p. 286
62 κόραξ	(Bb 38)	*	II p. 287

63 *κόραξ*	(Bb 39)	A 78 *κόραξ*	II p. 289
64 *κοιλώματι*	(Bb 40)	A 86 *κοίλωμα*	I p. 80
65 *κοιμωμένου*	(Bb 41)	A 82 *κοιμωμένου*	II p. 354
66 *κύων*	(Bb 42)	A 79 *κρέας*	II p. 312
67 *κριθήν*	(Bb 43)	A 83 *κριθάς*	I p. 253
68 *κύων*		A 87 *κύων*	II p. 306
69 *κύων*		*	II p. 303
70 *κώνωψ*	(Bb 44)	A 84 *κώνωψ*	II p. 316
71 *λάθρα*	(Bb 45)	A 104 *λάθρη*	II p. 313
72 *λέοντα*	(Bb 46)	A 91 *λέοντα*	II p. 529
73 *λέων*	(Bb 47)	A 103 *λέων*	II p. 325
74 *λέων*		A 90 *λέων*	II p. 353
75 *λέων*		A 95 *λέων*	II p. 332
76 *λέων*		A 98 *λέων*	II p. 329
77 *λέων*	(Bb 48)	A 107 *λέων*	II p. 344
78 *λέων*		A 102 *λέων*	II p. 324
79 *λέοντος*	(Bb 49)	A 92 *λέοντα*	deest
80 *λύκοι*	(Bb 50)	A 93 *λύκων*	II p. 358
81 *λύκος*	(Bb 51)	A 96 *λύκος*	I p. 214
82 *λύκος*	(Bb 52)	*	II p. 371
83 *λύκος*	(Bb 53)	A 89 *λύκος*	II p. 361
84 *λύκου*	(Bb 54)	A 94 *λύκῳ*	II p. 367
85 *λύκος*	(Bb 55)	A 105 *λύκος*	II p. 370
86 *λύκοις*		A 85 *κυσὶν*	II p. 356
87 *λέγουσι*		*	I p. 127
88 *μόσχος*	(Bb 56)	*	II p. 385
89 *μάνδρας*	(Bb 57)	A 113 *μάνδρης*	II p. 511
90 *μεθύων*	(Bb 58)	A 114 *μεθύων*	II p. 376
91 *μὴ λοξά*		A 109 *μὴ λοξά*	II p. 268
92 *μικρέμπορος*	(Bb 59)	A 111 *μικρέμπορος*	II p. 436
93 *μίμηλον*		*	II p. 493
94 *μύες*		A 108 *μυῶν*	II p. 397
95 *ναῦν*		A 117 *νεώς*	II p. 402
96 *ξένη*	(Bb 60)	A 118 *ξουθή*	II p. 549
97 *ξύλινον*		A 119 *ξύλινον*	I p. 134
98 *ὁδοιπορῶν*		126 *ὁδοιπορῶν* V	II p. 428
99 *ὄνος*	(Bb 61)	139 *ὄνος* Π_2	II p. 453
100 *ὁ λαγωός*		*	II p. 321
101 *οἱ λαγωοί*	(Bb 62)	A 25 *γνώμη*	II p. 319
102 *οἱ λύκοι*	(Bb 63)	*	II p. 356
103 *ὄνος*		*	II p. 439
104 *ὁ Ζεύς*		*	II p. 263
105 *ὁ Ζεύς*		127 †*ὀστράκῳ*† V	I p. 135
106 *ὄνος*	(Bb 64)	A 122 *ὄνος*	II p. 456
107 *ὄνος*		*	II p. 452
108 *ὄνος*	(Bb 65)	133 *ὄνος* V	II p. 454
109 *ὄνῳ*	(Bb 66)	* (fr. 1)	II p. 438
110 *ὄνυξιν*		137 *ὄνυξιν* Π_2	I p. 41
111 *ὄρνις*	(Bb 67)	A 121 *ὄρνις*	I p. 57
112 *ὄρνιν*	(Bb 68)	A 123 *ὄρνιθος*	II p. 468
113 *ὁ τῷ πηλῷ*		A 120 *ὁ τελμάτων*	I p. 147
114 *ὅτε δρῦς*		* (fr. 2)	II p. 552
115 *οὔπω κολυμβᾶν*		* (fr. 3)	II p. 485
116 *οὐρά*	(Bb 69)	134 *οὐρή* V	II p. 469
117 *οὔπω χαλινόν*		* (fr. 4)	I p. 258

118 ὄφις	(Bb 70)	* (fr. 5)		I p. 171
119 παῖς	(Bb 71)	* (fr. 6)		II p. 476
120 παῖς	(Bb 72)	*		II p. 514
121 πηρόν		*		II p. 523
122 πέρδικα	(Bb 73)	138 πέρδικα	Π_2	II p. 488
123 ποιμήν	(Bb 74)	* (fr. 7)		II p. 506
124 ποταμός		* (fr. 8)		II p. 515
125 ποταμοῦ	(Bb 75)	* (fr. 9)		I p. 225
126 πόλεμον		*		I p. 143
127 ποιμήν		*		II p. 508
128 ποτὲ ἀετός	(Bb 76)	* (fr. 10)		I p. 44
129 ποδῶν	(Bb 77)	* (fr. 11)		II p. 557
130 ῥόδῳ	(Bb 78)	*		II p. 517
131 σάλπιγγος	(Bb 79)	* (fr. 12)		deest
132 στικτή		* (fr. 14)		I p. 94
133 τράγος	(Bb 80)	*		II p. 537
134 τράγος	(Bb 81)	* (fr. 15)		I p. 103
135 υἱόν	(Bb 82)	136 υἱόν	Π_2	II p. 478
136 Ὑμηττία		* (fr. 16)		II p. 382
137 ὑπὸ τῶν κακῶν		*		I p. 31
138 ὑπεράνωθεν	(Bb 83)	*		I p. 44
139 φιλίαν	(Bb 84)	*		I p. 37
140 φυτόν	(Bb 85)	*		I p. 177
141 φαλακρός	(Bb 86)	* (fr. 17)		II p. 541
142 φασὶν		*		II p. 324
143 χαλκεύς	(Bb 87)	* (fr. 18)		II p. 547
144 χερσαῖος	(Bb 88)	* (fr. 19)		II p. 400
145 χειμών	(Bb 89)	*		I p. 133
146 χειμῶνος		140 χειμῶνος Ps. D.		II p. 534
147 χύτραν	(Bb 90)	* (fr. 20)		II p. 560
148 ὤδευε		* (fr. 21)		I p. 130

Fabulas aliquot ex exemplari quodam conlectionis Bodleianae quae dicitur excerptas habent nonnulli recentissimi codices mixti classis M[1]), qui fabulas e variis fontibus haustas continent, in primis ex recensione Augustana (CFA I) et ex metaphrasibus in dodecasyllabos concinnatis. memoratu digni sunt praecipue:

Mb i. e. cod. Vat. Gr. 777, saec. XIV, aliter siglo **V** notatus, de quo vide supra
Mg (cod. Paris. Gr. 994, saec. XV), qui fabularum Babrianarum viginti paraphrases continet: cf. adn. ad fabb. 1, 5, 11, 13, 18, 19, 22, 24, 31, 32, 35, 36, 37, 38, 43, 44, 45, 47, 49, 51, 53.

paucas paraphrases ex ipso, ut videtur, Bodleianae fonte haustas, paucis interdum immutatis, praebent alii codices eiusdem classis **M**:

Ma, Vat. Pal. Gr. 195, saec. XV
Md, Laur. conv. suppr. 69, saec. XV
Mh, Paris. Gr. 2494, saec. XV

---

1) Cf. Chambry I p. 19.

Mi, Paris. Gr. 2899, saec. XV
Mm, Laudianus 10, saec. XIV

qui codd., ut Chambry animadvertit, artiore quodam vinculo inter se coniuncti videntur. confer paraphrases fabularum Babrianarum:

1: **Ba Mg** + **Ma Md Mm** (Cham. II p. 535)
25: **Ba Bb** + **Md Mh Mi Mm** (Cham. II p. 321)
113: **Ba Bb** + **Ma Md Mh Mm** (Cham. II p. 510)
118: **Ba Bb** + **Ma Md Mh Mi Mm** (Cham. II p. 549)
121: **Ba Bb** + **Md Mh Mi Mm** (Cham. I p. 57)
122: **Ba Bb** + **Ma Md Mh Mi Mm** (Cham. II p. 456)
136: **Ba Bb** + **Md Mh Mi Mm** (Cham. II p. 478)
139: **Ba Bb** + **Md Mh Mi Mm** (Cham. II p. 453)

quibus adde:

fr. 6: **Ba Bb** + **Md Mh Mi Mm** (Cham. II p. 475)
fr. 8: **Ba** + **Md Mh Mi Mm** (Cham. II p. 515)
fr. 11: **Ba Bb** + **Md Mh Mi Mm** (Cham. II p. 557)
fr. 17: **Ba Bb Mb** + **Md Mh Mi Mm** (Cham. II p. 541)

Nonnumquam una cum codicibus classis **M** propius ad **Ba Bb** accedunt nonnulli codices recensionis quae dicitur Accursianae, siglo **L** ap. Chambry notatae[1]), siglo III ap. CFA:

La, Laur. 89.79, saec. XV
Lc, Laur. 59.33, saec. XV
Lg, Ambros. F 46, 340, saec. XV

Huc pertinent paraphrases fabularum:

7: **Ba Bb** + **La Ma Md Mh Mi Mm** (Cham. I p. 255)
120: **Ba** + **La Lc Lg Md Mg Mh Mi Mm** (Cham. I p. 148)
123: **Ba Bb** + **La Lc Lg Mi Mm** (Cham. II p. 468)
140: **Ba** + **La Lc Mh Mi Mm** (Cham. II p. 534)

quibus addendum est

fr. 5: **Ba Bb** + **La Lc Lg Md Mh Mi Mm** (Cham. I p. 170)

Oratione a Bodleiana longe absunt, sed re et fabularum ordine consentiunt duo codices a Chambry diligenter collati:

Bc, Paris. Gr. 1277 saec. XIV, qui 28 fabulas continet tumido inflatoque stilo a byzantino rhetore exornatas[2])

Bd, Vaticanus Gr. 949, saec. XV, qui post Vitam Aesopi a M. Planude editam, post fabulas classis **L** (CFA III), fabulas Aphthonii et Ignatii Tetrasticha, foll. 92^v–97^r, titulo *μῦθοι ἕτεροι τοῦ Αἰσώπου κατ' ἐκλογήν* praemisso, 39 fabulas continet cum Bodleianis concinentes[3]) (cf. e. g. Babr. 18 / **Ba** 17 / **Bd** 5 ap. Cham. I p. 153). solum **Bd** 19, paraphrasis fabulae Babr. 54, ap. **Ba** non exstat (cf. Cham. I p. 221).

---

1) Cf. Chambry I p. 12sqq.
2) Cf. Chambry I p. 18.
3) Cf. A. Hausrath, Ad Babrii editionem novissimam additamenta duo, Philol. 58, 1899, 261–265 et Chambry I p. 18.

3.11 De Suidae testimonio

Fabularum Babrianarum Suidas locos complures laudat (v. infra): qui cum codicibus plerumque congruunt, interdum tamen ita a textu tradito discrepant, ut maximi momenti videatur ad eorum auctoritatem investigandam Suidae fontem, unde Babrium hauserit, certis limitibus definire.

Indicio est in primis ratio qua Suidas Babrii locos affert:

(1) Babrii verba nulla auctoris nota apposita laudantur: cf. e. g. (ex Suidae ed. ab Adler curata) III 612, 1; IV 311, 26; II 234, 20; IV 368, 3; II 175, 14 etc. interdum stereotypa formula *καὶ αὖθις* praemittitur: cf. I 95, 11; III 514, 8; 291, 14; II 296, 13.
(2) auctoris nomen (*Βάβριος*, numquam *Βαβρίας*), ante vel perraro post locum memoratum adscriptum est: cf. e. g. II 213, 15; I 518, 14; IV 276, 14; II 578, 19; III 537, 23 (*Βάβριός φησιν* formula postposita); IV 427, 27 (*Βάβριός φησιν ὁ μυθογράφος* postpositum); IV 564, 32 (*καὶ Βάβριος* praemissum), etc.
(3) formula *ἐν Μυθικοῖς* vel *Βάβριός φησιν ἐν Μυθικοῖς* vel *Βάβριος ἐν τοῖς Μυθικοῖς* Babrii verba praecedit vel sequitur: cf. IV 503, 14; III 448, 1; 38, 6; 139, 25; adde II 455, 30 *ὥς φησι Βάβριος ἐν Μυθικοῖς*, ubi Babrii locus excidit, cf. Crusii edit. p. 184.

Cum eiusdem fabulae versus Suidas vel Babrii tantum nomine praemisso vel formula *ἐν Μυθικοῖς* memoret (cf. 5, 1–2 ap. Suid. IV 500, 16 *Βάβριος· ἀλεκτορίσκων — ἀνθρώποις* et 5, 9 ap. Suid. IV 503, 14 *ἀμείνονα — ἥττης· ἐν Μυθικοῖς*), cum autem nusquam in codicibus (v. supra) *Μυθικά* titulus fabulis Babrianis appositus exstet, veri simile videtur Suidam Babrii fabulas in largiore quodam *Μυθικῶν* corpore admixtas legisse. hanc sententiam aperte quae sequuntur confirmant:

(1) eadem formula *ἐν Μυθικοῖς* Suidas fabulas hexametris versibus vel elegiis inclusas[1]) laudat: cf. e. g. IV 178, 12; 448, 7; III 268, 26; IV 431, 21.
(2) uno loco vox *Βάβριος* fragmento fabulae dactylicae praemittitur: cf. II 434, 5.
(3) eandem fabulam Suidas in Mythicis et choliambis et hexametris inclusam legebat: cf. fab. 108 et II 434, 5 (hexam., v. supra); IV 407, 18 (chol.); III 24, 4 (chol.); 188, 27 (chol.); fab. 122 et IV 387, 22 (hexam.); III 139, 25 (chol.); fab. 142 et IV 431, 21 (hexam.); 427, 27 (chol.).
(4) Suidas vel eius fons s. v. *Βαβρίας ἢ Βάβριος* (v. infra) non duos fabularum libellos poetae adscribit (quos quidem et Avianus, v. infra, et codicis A duo Prologi nobis testantur), sed decem: eosque *Μυθικῶν* fuisse libellos facile conicias, ubi, ut par est, Babrii nomen saepissime ad fabulas choliambis inclusas adscriptum aliis quoque fabulis a Suida falso assignatum sit.

Ideoque si, ni fallor, Suidas non Babrii ipsius libellos prae oculis habuit, sed magnum Mythicorum corpus in quo Babrii fabulae cum aliis aliunde

1) Harum aliarumque fabularum dactylicarum fragmenta edidit Crusius in Babrio suo 215sqq.

haustis legebantur, minoris aestimanda est eius auctoritas quam primo obtutu exspectaveris: etenim, ubi Suidae lectio aperte a lectionibus traditis discrepat, ut e. g. locis memorabilibus 19, 5; 65, 1; 80, 4; 82, 8; 88, 11; 103, 3, mea quidem sententia non meliorem textum praebet[1]) sed imitatoris (vel imitatorum) recentioris vel byzantinae aetatis choliambos tumido genere dicendi conflatos, doctis glossis refertos, metro quidem saepe laborantes (v. adn. ad locc.).

Maximi momenti videtur Suidae adnotatio s. v. *νέμεσις* (III 448, 1) ad Babrii ab. 43, 6: post lectionem *παρῆν δὲ νέμεσις ἢ τὰ γῆς ἐποπτεύει*, Suidas addit *ἢ καὶ ἄλλως ἢ τἄδικ' ἐποπτεύει Βάβριός φησιν ἐν Μυθικοῖς*. quae mihi demonstrare videntur in Mythicis non solum varias eiusdem fabulae recensiones lectori prae oculis fuisse, sed etiam varias eiusdem versus lectiones.

Fabularum Babrianarum quae in A servantur hos locos Suidas laudat: 5, 1–2; 5, 9; 6, 6; 7, 12–13; 10, 1; 14, 1; 18, 1–3; 19, 6; 22, 4; 22, 8–9; 24, 4–5; 24, 6–8; 25, 3–7; 26, 1–2; 30, 1; 31, 9–10; 31, 17; 32, 5–8; 33, 2–3; 34, 1–2; 37, 3; 38, 2[2]); 42, 3; 43, 6; 65, 1; 80, 3–4; 81, 1–2; 82, 1–3; 82, 6–8; 85, 14–15; 86, 2–3; 88, 3–4; 88, 11[3]); 88, 18–19; 92, 8–9; 93, 5; 94, 6–8; 95, 87–88; 95, 90–94; 96, 1–3; 103, 3–4; 108, 17–18; 108, 24–25; 108, 31–32; 122, 11–12. his adde: ex fabb. quas V restituit 124, 13–15; 131, 7; ex fabb. in Π_2 servatis 136, 9–10[4]); ex fabb. in G servatis 142, 7–8.
agmen claudit pulcherrimum deperditae fabulae fragmentum, quod Suidas nobis s. v. *κωλώτης* restituit (Babr. fr. 13).
Saepe, ut ex tabula supra allata apparet, Suidas eandem fabulam sub lemmatibus diversis memorat (cf. fabb. 22, 24, 31, 82, 95 etc.), non numquam etiam eundem vel eosdem versus bis laudat (cf. e. g. 82, 3 s. v. *φριξότριχα* et s. v. *φωλάδι*; 95, 93 s. v. *νεβρείην* et s. v. *νεβρός*; 103, 3–4 s. v. *ἆσθμα* et s. v. *σπῆλυγξ*), vel eundem versum alibi ad verbum alibi per paraphrasin explicatum affert, cf. 86, 3 s. v. *ῥωγαλέον* et s. v. *ἕωλα*.

3.12 De Georgidae Testimonio

Ἰωάννης ὁ Γεωργίδης monachus[5]), de quo nihil aliud constat nisi quod saeculo fere decimo sententiarum corpus e variis fontibus sacris et profanis collegit, inter *γνώμας* saepe et fabularum Aesopicarum epimythia inseruit. quo melius fons agnoscatur ex quo ea sumpserit, omnia epimythia ab eo transcripta infra refero, ordine quo in eius sylloge leguntur servato i. e. *κατὰ στοιχεῖον*. lacunas codicis Paris. gr. 1166 (saec. XI),

---

1) Ut quidem doctissimi viri Lachmann, Eberhard, Crusius existimarunt, cf. eorum edd. ad locc. (vide Prometh. 10, 1984, adn. 26)
2) Eundem locum e Suida desumpserunt Zonaras, Lex. 741 Tittm. (s. v. *ἐναφῆκαν*) et Lex. Vindob. sub litt. ε 252, p. 87 Nauck.
3) Locum e Suida hausit Zonaras, Lex. 982 Tittm. (s. v. *ἦια*).
4) Eiusdem fabulae duo vv. etiam ap. Etym. Magnum exstant, v. infra.
5) Cf. K. Krumbacher, Gesch. d. byz. Litter., München [2]1897, 602–603.

quo Gnomologii editio[1]) nititur, explet[2]) cod. Laur. 7. 15, saec. XI[3]), quem ipsa inspexi contulique. fabularum epimythiis infra allatis non solum paginarum numeros in Anecdotis Boissonadii praemisi sed etiam foliorum notas in cod. Laurentiano.

a p. 2 (= Laur. f. 25v)

(1) *Ἀνόητός ἐστιν ὁ τὸ ἀλλότριον ἁμάρτημα καταβλέπων, τὸ δὲ οἰκεῖον ἐλάττωμα μὴ κατανοῶν* = epim.² fab. 66, post quam librarius codicis A duorum vv. spatium vacuum reliquit (v. supra de cod. A)

p. 9 (= Laur. f. 32v) *Βαβρίου ἴ(αμβοι), ἴ* om. Paris.

(2) *Ἀρχιτέκτων κακῶν πέφυκεν ὁ καθ' ἑτέρου δόλια φθεγγόμενος*: epimythii formam pristinam, trimetris rectis inclusam, inveni ap. Vitam Aesopi W, cap. 3 p. 82, 1–2 Perry.[4]) cf. epimythium[5]) fabulae Bodleianae **Ba** 3 (**Bb** 2) ap. Cham. I p. 59.

(3) *Ἀνύσεις τι ...*: exitus epim.¹ 18, 14–16

(4) *Ἀκινδύνως ζῆν εὐτ. λαμπρ. βελτίον*: epim.¹ 31, 23–24 corruptum

(5) *Αἱ περιστάσεις ...*: epim.² 53

(6) *Αἱ φθάσασαι γενέσθαι χάριτες ἐν πρώτοις εὐκαίρως ἀποδιδόμεναι μεγάλαι εὑρίσκονται*: paraphrasis promythii[6]) fabulae Aphth. 28 (ap. CFA II p. 146), cf. Anecd. I pp. 54 et 84 infra, ubi post Babrium Aphthonius laudatur.

(7) *Ἀλγύνειν καὶ ...*: epim.² 106

---

1) Ed. J. Fr. Boissonade, Anecdota Graeca I, 1829, 1–108 (= PG 117, 1037–1164).

2) Lacunae in Paris. et ap. Boisson. hae sunt: Boiss. p. 8 in. (*ἑώρακεν – αἰσχρόν*) = Laur. 29r–32r (litt. *α*); Boiss. p. 21 med. (*νοῦς – ὁ δὲ ἄκακος*) = Laur. 39v–42r (litt. *γ*); Boiss. p. 34 med. (*περίεργον – τοῦ Νύσσης*) = Laur. 50r–53r in. (litt. *ε*); Boiss. p. 47 fin.: post *καὶ* (*ἐφύτευσε*) plura habet Laur. (61r–62r) qui tamen Parisini *ἐφύτευσε – νοσήματος* (= Boiss. p. 48 in.) omisit (litt. *ι–κ*); Boiss. pp. 62 fin. – 63 in. (*σύζυγος – τε*]*θνηκότες*) = Laur. 69v–72r (litt. *ν–ο*); Boiss. p. 77 in. (*εἰς φύσιν – ἄνευ*) = Laur. 80v–83r (litt. *π–ρ*); Boiss. p. 94 in. (*κρατεῖσθαι – τύχῃ*) = Laur. 91v–95r (litt. *φ*); post fol. 64 unum folium intercidit in Laur., i. e. Boiss. p. 52 med. (*ὀφειλομένῃ*) – p. 54 med. (*δια*]*πτύει*).

3) Cf. A. M. Bandini, Catalogus Codicum Mss. Bibliothecae Mediceae Laurentianae ... I, 1764, 252. codex Paris. et cod. Laur., ut quidem notum est (vide nunc P. Odorico, Uno Gnomologio bizantino, Miscellanea 2, Istit. di St. Biz. e Neogr., Padova 1979, 96), utque ipsa singillatim recognovi, unam eandemque huius Gnomologii recensionem exhibent, qualem saeculo quidem XI vulgo lectitabant (adde etiam codicem Paris. Suppl. Gr. 1246 saec. XI qui sententias *A–M* continet). de recensione ft. paulo vetustiore quae Florilegium Marcianum vocatur (in cod. Marc. Gr. 23 = Coll. 496, saec. X, cf. E. Mioni – M. R. Formentin, I codici greci in minuscola ..., Padova 1975, 46–47) vide quae P. Odorico (100sqq.) disseruit: ut apparet, in Florilegio Marciano Babrius numquam laudatur, Aphthonius quattuor tantum locis (Odorico 104): sed quartae Florilegii partis Odorico, ut ipse dicit, fontes non agnovit.

4) *ὅστις καθ' ἑτέρου δόλια μηχανεύεται / αὐτὸς καθ' αὑτοῦ τοῦτο ποιῶν λανθάνει.*

5) *ὅστις καθ' ἑτέρου δόλια μηχανᾶται, ἑαυτοῦ γίνεται τῶν κακῶν ἀρχηγός.* propius ad epimythii formam pristinam accedit **Mb** 12 (ap. Cham. l. l.), quamvis mutilus: ⟨...⟩ *αὐτὸς καθ' αὑτοῦ λανθάνει τοῦτο ποιῶν*, cf. Steph. Ichn. 2.73 p. 156 Punt.

6) *μῦθος ὁ τοῦ ἀετοῦ καὶ τοῦ δράκοντος παραινῶν ἄρχεσθαι χάριτος.* Georgides saepe conlectionis Aphthonianae epimythia memorat, cf. Boiss. p. 73 (= Laur. f. 78r) ubi continuatim exscripta sunt epimythia Aphth. fabb. 15, 35, 14, 9, vel Laur. f. 62r (des. in Paris.) ubi epimythia Aphth. fabb. 10 et 22 leguntur. fabulae Aphth. 35 pristinam nobis Georgidae codd. epimythii formam restituunt, quae Aphthonii editores adhuc effugit.

β p. 17 (= Laur. f. 37r) *Βαβρίου ἴ(αμβοι), ἴ* om. Paris.
(1) *Βίος ἀβέβαιος* . . .: epim.[1] 79
(2) *Βιοῦντας ἡμᾶς ἐν αὐταρκείᾳ κρεῖσσον ἀσφαλῶς ζῆν ἢ τρυφᾶν βουλομένους κινδύνοις ἑαυτοὺς ἐπιρρίπτειν*: paraphrasis fab. 108, 29 sqq., cf. **Ba** 94 fin.[1])
γ Laur. f. 39v (des. in Paris.) *Βαβρίου*
(1) *Γινομένης ἐχθρῶν ἐπαναστάσεως οἱ μὲν πένητες εὐπρόφοροι καὶ εὐσταλεῖς ὄντες εὐκόλως μεταβαίνουσιν, οἱ δὲ πλούσιοι διὰ τὴν τῶν ὑπαρχόντων βαρυφέρειαν χειροῦνται ἐχθροῖς*[2]): epim. CFA 256 I, i. e. conlectionis Augustanae.
(2) *Γνώμη πονηρὰ χρηστὸν ἦθος οὐ τίκτει*: epim. CFA 276 III (i. e. codd. class. L M ap. Cham., v. supra), ubi tamen *τρέφει* pro *τίκτει* omnes codd. exhibent, i. e. trimetrum rectum pro choliambo[3])
δ p. 31 (= Laur. f. 48rv)
(1) *Δεῖν* (*Δεῖ* Laur.) *ταῖς* . . .[4]): epim.[2] 26
(2) *Δεῖ τὸν πονηρὸν* . . .: epim.[2] 63
(3) *Δεῖ ταῖς ἡδοναῖς μηδ' ὅλως ὑποπίπτειν διὰ τὸ πικρὸν ταύταις ἐπακολουθεῖν τέλος*: epim.[2] fabulae Babrianae deperditae (cf. CFA 88 I, 82 I et LXXIX adn. 4).
(4) *Δέον τὰ τέλη* . . .: epim.[2] ad Babrii fr. 15, cf. epim. **Ba** 134 (**Bb** 81) ibid., et epim. CFA 9 I (II III)[5])
ε p. 31 (= Laur. f. 48v) *Βαβρίου* (om. Laur.)
Ἐπιθυμίαις εἰθισμένον . . .: epim.[2] 124, quod nobis solus cod. **V** restituit
ϑ p. 43 (= Laur. f. 58r) *Βαβρίου*
Θυμῷ χρῆσθαι, κατὰ τῶν πέλας ἀμέτρῳ οὐκ ἔνι: epim.[2] 11
κ p. 48 (= Laur. f. 62v) *Βαβρίου* (om. Laur.)
Κρεῖττον τὸ φροντίζειν ἀναγκαίων χρειῶν ἢ τὸ προσέχειν τέρψεσι καὶ κώμοις: epim.[2] 140[6]), fere id. epim. CFA 114 I quod etiam **G** exhibet[7])
λ p. 54 (excidit in Laur.) *Βαβρίου*[8])
Λαθεῖν τινα κακόν τι δρῶντα οὐκ ἔστιν· πάντα γὰρ ἡ δίκη κρίνει: paraphrasis epim.[1] ad Babrii fr. 19, quod ad verbum fere expressit **Ba** 144 (cf. adn. ad loc.: *ἡ γὰρ . . . δίκη ἐφορᾷ πάντα*), ft. eiusdem fabulae epim.[2] (subsequitur, sub lemm. *Ἀφθονίου*, epim. Aphth. 5)
μ p. 58 (= Laur. f. 66v)
Μὴ τάχιστα πᾶσι . . .: epim.[2] 99
ο p. 67 (= Laur. f. 75r)
(1) *Οὐ προσίεται θεὸς τὰς ἐκ παρανόμων καὶ ἀσεβῶν στομάτων προσφερομένας αὐτῷ προσευχάς, μήπω τῶν κακῶν πανσαμένους*: paraphrasis epim.[2] 78[9])

---

1) . . . *τρύφα* . . . *μετὰ κινδύνων, ἐγὼ δὲ* . . . *ἀφόβως* . . . *ζήσω*. cum *ἐν αὐταρκείᾳ* . . . *ἀσφαλῶς ζῆν* cf. epim.[2] fab. 64: . . . *οἱ μετὰ αὐταρκείας βιοῦντες* . . . *ἐκφεύγουσι κινδύνους*.
2) De *εὐπρόφοροι* cf. Hausrath adn. ad loc., de voce byzantina *βαρυφέρεια* nihil in lexicis constat. hoc epimythium fabulae Babrianae suppositum esse putavit Crusius, cf. eius editionem 179 n. 196 et adn. ad loc.
3) Hoc epimythium pro epim.[1] fabulae cuius argumentum in **Ba** 127 exstat habuerunt Eberhard Crusius, nescio an recte (v. infra cap. 4.7 sub fin.).
4) *παραθεῖεν* et Paris. et Laur.
5) Vide etiam epim. ad Tetr. II 15 Müller: *τέλη σκοπεῖν* ⟨*δεῖ*⟩, *εἶθ' οὕτως ἐγχειρεῖν*.
6) Epim.[1] sub his verbis latere putant Crusius al., v. infra adn. ad loc. sed cum etiam in CFA I exstet, pro certo habeas id epim.[2] fuisse (v. infra).
7) *διδάσκει ἡμᾶς ὁ μῦθος ὅτι οὐδὲν κρεῖττον τοῦ φροντίζειν τῶν ἀναγκαίων τροφῶν καὶ μὴ ἀπασχολεῖσθαι εἰς τέρψιν καὶ κωμασίαν*.
8) Lemma in Paris. falso superiori sententiae (Gregorii Naz.) appositum est.
9) Quod epimythium falso, ni fallor, Eberhard et Crusius (cf. Crusii edit. p. 179 n. 197 et adn. ad loc.) una cum fabula CFA 248 II (rec. Vindob.) Babrio tribuerunt.

(2) *Οἱ τοῖς μηδὲν προσήκουσι ...*: epim.[2] 122; idem isdem fere verbis epim. Augustanum CFA 198 I

π Laur. f. 80[v] (des. in Paris.)

(1) *Πλέον οὐδὲν ἕξεις σκαιὸν ἄνδρα τιμήσας, / ἀτιμάσας δὲ μᾶλλον*[1]) *ὠφεληθείης*: epim.[1] 119, 13–14

(2) nullo spatio intermisso vel lemmate adiecto subsequitur recensionis Augustanae epim. CFA 77 I, forma parum immutata: *Πολλάκις τὰ παρὰ τὴν ἡμετέραν ὑπόληψιν τὰ χαλεπὰ τῶν πραγμάτων ὠφέλιμα εὑρίσκεται· τὰ δὲ* [*ἐπ*]*ἀσφαλῆ* (*ἐπ* seclusi: fuit *ἐπισφαλῆ* (a supra scr.), cf. epim. Augustanum) *νομιζόμενα ἐπίβουλα*[2])

τ p. 84 (= Laur. f. 86[v])

(1) *Τὸ συνεχῶς πρός τινος διεψεῦσθαι τὸ πιστὸν τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων ὑποτέμνεται*, ft. epim.[2] fabulae in codd. amissae vel fabulae trimetris rectis inclusae, cf. **Ba** 120 (argumentum deest in conlectione Augustana)

p. 90 (= Laur. f. 89[v]) *Βαβρίου*

(2) *Τοὺς γνησίους ...*: epim. CFA 66 I (rec. August.)

(3) *Τοὺς γνώμῃ*[3]) *πονηροὺς ...*: epim.[2] 89, sim. epim. CFA 160 I (rec. August.)

(4) *Τρέφων τὸ σῶμα μὴ τρυφήσῃς εἰς κόρον· / κόρος γάρ ἐστιν τῶν παθῶν ὑπηρέτης*: epim. trimetris rectis inclusum (v. supra adn. ad *α* 2)

φ Laur. f. 93[r] (deest in Paris.)

Φυσιοῦσθαι ἐπὶ τοῖς τοῦ βίου λαμπροῖς οὐκ εὔλογον· οὐδὲν γὰρ εἶναι μόνιμον τῷ βίῳ ἐπιστάμεθα: epim.[2] 114

De Georgidae fonte Babriano nemo adhuc disseruit, sed collatis omnibus locis quibus fabularum epimythia afferuntur (plura quidem quam quae Babrii editores usque adhuc in ipso textu a Boissonadio vulgato agnoverint) pauca mihi de hac quaestione temptare posse videor:

(1) Georgides epim.[1] et epim.[2] laudat: epim.[1] in primis (cf. *α* 3, 4, *β* 1, *π* 1); ubi epim.[1] desideratur, epim.[2] memorat (cf. *α* 5, 7, *δ* 1, 2, 4, *ε*, *ϑ*, *μ*, *ο* 2, *τ* 3, *φ*). epimythiorum verba non numquam per paraphrasin plus minusve immutat (cf. *λ*, *ο* 1), uno loco, *β* 2, pro epim.[2] fabulae exitum per paraphrasin exprimit.

(2) Babrii nomen saepe et in Paris. et in Laur. isdem locis praemissum est: quotiescumque de epim.[1] agitur, etiam *ἴ(αμβοι)* nota adiecta legitur in Laur., cuius exemplar nondum ut Parisini deturpatum fuisse constat.

(3) s. v. *Βαβρίου* vel *Βαβρίου ἴ(αμβοι)* Georgides non solum epim.[1] choliambis inclusa transcripsit, sed etiam epimythia alia trimetris rectis composita: quod cod. Paris. et cod. Laur. consentientes testantur, cf. *α* 2 et *τ* 4 (de *γ* 2 anceps stat res, v. supra). quae cum ita sint, Georgidam non quidem ex codice generis **A** epimythia in opus suum transtulisse credideris, sed potius ex fabularum sylloge in quam una cum Babrii fabulis ex fonte cum Athoo arte cognato desumptis etiam fabulae aliquot trimetris inclusae fluxissent: quem non alium fuisse ac fabularum **Ba** (**Bb**) fontem (v. infra) eo probatur, quod manifesto idem epimythium trimetris conscriptum et Georgides *α* 2 et qui paraphrasin **Ba** 3 (**Bb** 2) confecerit prae oculis habuisse viden-

---

1) Variam lectionem *δὲ μᾶλλον* testatur etiam **Ba** 97: *ἀτιμάζων δὲ μᾶλλον ὠφεληθήσῃ*, v. infra adn. ad *τ* 3.

2) Notatu dignum quod *ἐπίβουλα* soli codd. classis **M** (siglis **Ma Mo** ap. Cham. designati) habent, in quibus Augustanae fabulae (i. e. CFA I) aliis ex alio fonte haustis admixtae sunt. cum hoc epim. cf. etiam epim. ad Tetr. II 12 Müller appositum.

3) Sed *τοὺς φύσει πονηρούς* **A**. cf. epim. **Ba** 83 (**Bb** 53): ... *γνώμην πονηροῦ* ... *λόγος οὐ πείθει*. rursus Georgidae lectio cum **Ba** (**Bb**) facit, v. supra adn. ad *π* 1.

tur. artam hanc fontis a Georgida adhibiti cum Babrio a **Ba** (**Bb**) retractato cognationem quodam modo confirmant lectiones communes *δὲ μᾶλλον* (in epim.[1] ap. *π* 1) et *γνώμῃ* (pro *φύσει*) in epim.[2] ap. *τ* 3. attamen, quod memoria dignum videtur, in conlectionis **Ba** (**Bb**) fonte Babrii nomen fabulis quae choliambis inclusae erant appictum evanuerat (cf. conlectionis titulum, supra in cap. de **Ba**): Georgides igitur pristinam nobis fontis a **Ba** (**Bb**) adhibiti formam testatur (quem non alium fuisse atque codd. **G** et **V** fontem infra demonstrabo).

(4) quattuor locis, *γ* 1, *κ*, *π* 2, *τ* 2, Georgides epimythia recensionis quae dicitur Augustanae (CFA I) laudat: epimythiis *γ* 1 (om. Paris.), *κ* (om. Laur.), *τ* 2 (Paris. et Laur.) praemissum est Babrii nomen. cum epimythia haec ad fabulas spectent quarum argumenta in Babrio usque adhuc restituto desiderantur, cum interdum epim.[2] ad verbum fere cum epimythiis Augustanis congruant (v. supra *ο* 2, *τ* 3, quibus adde epim.[2] fabb. 9 [~ epim. CFA 11 I], 13 [~ epim. CFA 208 I], 17 [~ epim. CFA 81 I], 50 [~ epim. CFA 22 I], 81 [= epim. CFA 14 I]), verisimile videtur has quattuor sententias Georgidam in sylloge sua fabulis Babrianis vel trimetris rectis inclusis appictas invenisse: praesertim cum excepto *τ* 2 non omnino ad verbum epimythiis Augustanis respondeant. unam fabulam, n. 140 in Crusii et in hac editione, nobis Ps.-Dositheus restituit: de ceteris Babriine re vera fuerint an non res in incerto manet (v. infra cap. de Babrii fragmentis).

(5) Georgides Aphthonii quoque parvam fabularum conlectionem prae oculis habuit: cuius epimythia tribus saltem locis (v. supra *α* 6, *λ*, *τ* 1) una cum epimythiis Babrianis laudat.

His perpensis demonstrari potest, ni fallor, saeculo fere decimo conlectionem quandam fabularum iambicarum exstitisse in qua una cum fabulis Babrianis fabulae trimetris rectis inclusae admixtae legebantur: huius conlectionis ordinem *κατὰ στοιχεῖον* fabularum ordo in fonte a **Ba** (**Bb**) et **G** adhibito testatur (v. infra); lemmata *Βαβρίου* in pristina huius conlectionis iambicae forma fabulis Babrianis praemissa esse testatur Georgides. epimythia soluta oratione conscripta hic illic scholiorum more in hac conlectione adiecta sunt, saepe e vulgatis tunc fabulis Augustanis (CFA I) hausta; memoria dignum est hoc loco, quod infra quidem demonstrabitur, huius conlectionis iambicae fabulas continuatim post Augustanam conlectionem in cod. **G** transcriptas esse.

De fabulis Aphthonianis quae saepe ap. Georgidam occurrunt hoc putaverim, parvam rhetoris conlectionem Georgidam una cum fabulis Augustanis in Aesopicorum codice illis temporibus vulgato legisse. quod mea quidem sententia Aesopicorum conlectio in **V** (v. supra) asservata confirmare videtur, recentissimo quidem codice sed arte, ut infra demonstrabo, cum stirpe **G** **Ba** (**Bb**) cognato: in quo *κατὰ στοιχεῖον* admixtae leguntur fabulae ad eas tres conlectiones spectantes[1]) quas Georgidas in codice suo seiunctas legisse videtur. unde vetusta ft. ap. Georgidam memoria dinosci potest Aesopicorum corporis saeculo fere decimo vulgati,

---

1) Aphthonii fabulas habes in **V** f. 34ᵛ (= Aphth. 4) et ibid. f. 76ᵛ (= Aphth. 10, cuius epim. ap. Georgid. Laur. f. 62ʳ legitur).

quo haec continebantur: Aphthonii fabulae, Augustana quae dicitur conlectio, fabularum iambicarum corpus inter quas Babrii fabulae primum obtinebant locum.

3.13 De ceteris testimoniis

(1) Iuliani Augusti Imperatoris Epistula 82 p. 135, 10sqq. Bidez (= 444b), quam medio anno 362 Antiochia ad Nilum senatorem misit (cf. J. Bidez ad loc., pp. 92–93): *ἢ τοῦτο νομίζεις ὑπὲρ τῶν παλαιῶν ἁμαρτημάτων ἀπολογεῖσθαι πρὸς ἅπαντας, καὶ τῆς πάλαι ποτὲ μαλακίας παραπέτασμα τὴν νῦν ἀνδρείαν εἶναί σοι; τὸν μῦθον οὐκ ἀκήκοας τὸν Βαβρίου·* (sic L. H. Heyler; *τὸν γαβρίου* vel *τοῦ φαβρίου* codd.) *'γαλῆ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθεῖσα'* (= 32, 1); *τὰ δ' ἄλλα ἐκ τοῦ βιβλίου μάνθανε.* qua re, cum Iuliano Babrii opus notum esse constet, certe ad Babrii fabulam 73 potius quam ad deperditam quandam huius fabulae recensionem locus spectat Misopogonis[1]) 366 A, p. 192 Lacom., quem Crusius quoque inter Babrii testimonia recepit: *λέγεται γάρ τοι καὶ τὸν ἰκτῖνα φωνὴν ἔχοντα παραπλησίαν τοῖς ἄλλοις ὄρνισιν ἐπιθέσθαι τῷ χρεμετίζειν, ὥσπερ οἱ γενναῖοι τῶν ἵππων, εἶτα τοῦ μὲν ἐπιλαθόμενον, τὸ δὲ οὐ δυνηθέντα ἑλεῖν ἱκανῶς ἀμφοῖν στέρεσθαι καὶ φαυλότερον τῶν ἄλλων ὀρνίθων εἶναι τὴν φωνήν.* Misopogon oratio Antiochiae a Iuliano ineunte anno 363 (paulo post epistulam supra allatam) conscripta est (cf. Chr. Lacombrade, adn. ad loc., pp. 141–142).

(2) Avianus poeta in epistula ad Theodosium (Macrobium?) parvae fabularum conlectioni praemissa una cum Aesopo et Phaedro Babrium quoque eiusque opus laudat: (Av. Ep. ad Theod. pp. 3–4 Guagl.) *huius ergo materiae ducem nobis Aesopum noveris . . . verum has pro exemplo fabulas et Socrates divinis operibus indidit et poemati suo Flaccus aptavit . . . quas Graecis iambis Babrius repetens in duo volumina coartavit.*[2]) *Phaedrus etiam partem aliquam quinque in libellos resolvit. de his ergo ad quadraginta et duas in unum redactas fabulas dedi* . . . Avianus (cf. quae diss. in Prometh. 10, 1984, 75–88) Babrii fabulas *rudi latinitate* translatas prae oculis habuit, non paraphrasin fabularum Babrianarum a rhetore concinnatam quem Titianum quidem ipsum fuisse pro certo habuit Crusius (cf. Babrii ed. p. 7). Crusii sententiam optime refellit Küppers sed nec ipse nec viri docti qui circa Ausonii opus versati sunt animadverterunt *Aesopiam trimetriam* illam de qua Ausonius in epistula ad Probum (X 78 Prete = XII 78 Peiper) loquitur non ad Babrii libellos, sed ad Phaedri spectare; nam, quod Ausonii editores fugit, paulo infra Ausonius ipse Phaedri primum Prologum memorat: cf. Aus. 88 sqq. *sic iste qui natus tui / flos flosculorum Romuli / nutricis inter lemmata / lallique somniferos modos / suescat peritus fabulis / simul et iocari et discere,* quocum confer Phaedr. Prol. I 3–4 Guagl.: *duplex libelli dos est: quod risum movet / et quod prudentis vitam consilio monet* et ibid. v. 7 *fictis iocari nos meminerit fabulis.* hanc *Aesopiam trimetriam,* ut Ausonius dicit (79sqq.), *vertit exili stilo / pedestre concinnans opus / fandi Titianus artifex.* verbo *vertere,* ut Quintilianus Inst. Or. I 9, 2 demonstrat, latini rhetores paraphrasin significabant: cf. Quint. l. l. *Aesopi fabellas . . . narrare sermone puro, deinde eandem gracilitatem stilo exigere condiscant* (cf. Ausonii *exili stilo*), *versus primo solvere* (cf. *pedestre concinnans opus*), *mox mu-*

---

1) Iuliani locum respexit Suidas s. v. *ἰκτῖνος· εἶδος ὀρνέου. οὐ γὰρ οἶμαι ῥᾴδιον ἐν γήρᾳ μετατιθεμένῳ διαφυγεῖν τὸν λεγόμενον ὑπὲρ τοῦ ἰκτίνου μῦθον· ὃς ὄρνις ὢν ἐπιθέμενος τῷ χρεμετίζειν ἀμφοῖν ἁμαρτεῖν, ἀγροικίας τε ἅμα καὶ δεξιότητος.*

2) Cf. Thes. L. Lat. III 1391, 2: Hier. Ep. 53, 8, 6 *duodecim prophetae in unius voluminis angustias coartati.*

tatis verbis interpretari, tum paraphrasi audacius vertere qua et breviare quaedam et exornare salvo modo poetae sensu permittitur. v. etiam Quintil. Inst. X 5, 4–5. si res ita se habet (cf. quae diss. L. Hermann, Phèdre, Leiden 1950, 28–29) locus Ausonii non inter Babrii testimonia (ut fecit Crusius) sed inter Phaedri adnumerandus est: quod certe haud parvi momenti videtur non solum ad latini fabulatoris fortunam adumbrandam sed etiam ad historiam fabulae latinae (cf. Romulum) depingendam.

(3) Etymologicum Genuinum s. v. *ὄμφαξ.* in cod. Vat. gr. 1818 (= Et. Gen. A), saec. X exeuntis, f. 235r et in cod. Laur. S. Marci 304 (= Et. Gen. B), saec. X ex., f. 192v haec leguntur[1]): *ὄμφαξ· τὸ ὄξεινον· Βάβριος* (*Βάμβριος* Laur., cf. Zon. s. v. *ἦια*, p. 982 Tittm.)· *ὄμφαξ ὁ βότρυς οὐ πέπειρος ὡς ὤμην· οἱονεὶ ὠμόφαξ κτλ.* haec transcripta sunt in Etymol. Magno s. v. *ὄμφαξ* (p. 625, 55 Gaisf.), ubi tamen Babrii versus corruptus est: *ὄμφαξ· τὸ ὀξεινόν. Βάβριος· ὄμφαξ ὁ μὴ πέπειρος βότρυς ὡς ᾤμην κτλ.* (cf. Babr. 19, 8).

(4) Photii Lexicon s. v. *τὴν χεῖρα* ... paraphrasin fabulae Babrianae 20 (= A 20) exhibet, quam Suidas quoque s. v. *τὴν χεῖρα* ... transcripsit, non ex Photii quidem Lexico haustam sed e communi Suidae cum Photio fonte qui *Συναγωγή* vocari solet.[2]) (Phot. Lex. p. 213 Naber) *τὴν χεῖρα προσφέροντα τὸν θεὸν καλεῖν· βοηλάτης ἐκ κώμης ἅμαξαν ἄγων καὶ ταύτης ἐμπεσούσης εἰς κοιλώδη φάραγγα* (*εἰς φ. κ.* Suidas, ut ap. Babrium) *δέον βοηθεῖν ἀργὸς ἵστατο* (sic Phot. Suidas, *ἵσταται* Suidae cod. V) *τῷ Ἡρακλεῖ προσευχόμενος· ἐκεῖνον γὰρ ἐκ πάντων τῶν θεῶν ἀσπαζόμενος*[3]) *ἐτίμα· ὁ δὲ θεὸς ἐπιστὰς εἶπεν* (*-πε* Suidas Babr.) *· τῶν τροχῶν ἅπτου καὶ τοὺς βόας νύττε καὶ τότε τὸν θεὸν εὔχου ὅταν καὐτός τι ποιῇς· μὴ μέντοι γε μάτην εὔχου* (*ὅταν — εὔχου* om. Suidae codd. FV)

(5) Suidas s. v. *Βαβρίας ἢ Βάβριος* (I 445, 7 Adler): *Βαβρίας ἢ Βάβριος· Μύθους ἤτοι Μυθιάμβους. εἰσὶ γὰρ διὰ χωλιάμβων* (*χωριάμβων* vel *χοριάμβων* codd. aliquot) *ἐν βιβλίοις ι'. οὗτος ἐκ τῶν Αἰσωπείων μύθων μετέβαλεν ἀπὸ τῆς αὐτῶν λογοποιίας εἰς ἔμμετρα, ἤγουν τοὺς χωλιάμβους.* cum A. Adler consentias hanc vocem Suidam magna ex parte ex Epitoma Onomatologi Hesychii Milesii excerpsisse: nam vix credas Suidam ipsum priorem locum formae *Βαβρίας* dedisse quippe qui semper alibi nomen *Βάβριος* usurpaverit (v. supra cap. de Suida): sed cum epitoma ipsa nobis praesto non sit, cum autem quae a Suida ad lemma afferuntur per se ipsa dubii habeant ansam (*Βαβρίας* / *Βάβριος*; *Μύθους* / *Μυθιάμβους*; *διὰ χωλιάμβων* / *εἰς ἔμμετρα ἤγουν τοὺς χωλ.*), non abest suspicio quin Suidas quaedam adiecerit vel immutaverit; adde quod s. v. *χορίαμβος* (IV 815, 6 Adler), in glossa marginali quam codd. plerique exhibent, non *Μύθους ἤτοι Μυθιάμβους* sed *Μύθους ἤτοι Μυθικά* legitur: et ex *Μυθικῶν* quidem Suidas, ut supra demonstravi, Babrii aliorumque fabulas metris inclusas excerpsit.

(6) Schol. Thuc. 4, 92, 2 p. 273, 27 Hude (codd. C, saec. X, et ABFM): *ἐκ τῶν τοῦ Αἰσώπου μύθων· ἄλλως* ... (= 69, 5–6, v. adn. ad loc.). ft. ex *β* (cf. LXVIII–IX infra).

(7) Etymol. Magnum s. v. *πεπρωμένον*, p. 662, 27sqq. Gaisf.: *Βάβριος· ἃ σοι πέπρωται ταῦτα τλῆθι γενναίως καὶ μὴ σοφίζου· τῶν χρεῶν γὰρ οὐ φεύξῃ.* post formae *πεπρωμένον* explicationem a *σημαίνει* usque ad *περατοῦσαν* (quam Etymol. Gen. quoque habet s. v. *πεπρωμένον* in cod. Vat. gr. 1818 f. 246rv et cod. Laur. S. Marci 304, f. 206v, v. supra) auctor Etymologici Magni (saec. XII) exemplum hoc e fabulis Babrianis haustum (fab. 136, 23–24) ipse addidisse videtur: nam

1) Augustus Guida, qui codices ipse inspexit (nam Etymologici Genuini magna pars nondum edita est) schedulas mihi, qua est liberalitate, transmisit.

2) Cf. A. Adler, Suidae Lexicon I p. XVII et J. Tolkiehn, RE XII 2 (1925) 2466, 36sqq. et 2476, 3sqq.

3) De *ἀσπαζόμενος* pro Babrii *προσεκύνει* cf. infra adn. ad loc.

Babrii versus etiam in Etym. Symeonis desiderantur (cf. Etym. Magni cod. V in Gaisfordi adn. ad loc.). etenim saeculo XII, ut Tzetzes (v. infra) demonstrat, viri docti bene Babrii *Μυθιάμβους* noverant.

(8) Iohannes Tzetzes, loquax ille et uberrimus scriptor, in verboso opere quod *Βίβλος ἱστοριῶν* inscribitur (vulgo *Chiliades*), saepe Aesopi fabulas memorat[1]), sed uno tantum loco *μυθιάμβους* ipsos prae oculis habuit: in Chil. XIII 251 sqq. (ed. Leone, 1968), ubi inter versus politicos qui vocantur Babrii choliambos inseruit i. e. fabulae 141 vv. 1–2 et 5 sqq.:

οἱ παλαιοὶ ἀγύρται γάρ, ὥσπερ Βαβρίας γράφει,
ἐν μυθιάμβοις τοῖς χωλοῖς, οὐ τοῖς ἰάμβοις λέγω,
καὶ σὺν αὐτῷ καὶ ἕτεροι τῶν παλαιῶν καὶ νέων,
εἰς ὄνον θέντες εἴδωλον θεᾶς αὐτῶν τῆς ʽΡέας
τυμπάνοις περιήρχοντο τὰς κώμας προσαιτοῦντες
μετ' ἐπᾳσμάτων καὶ ᾠδῶν, σελήνης ἀρχιμήνοις.
ἄκουσον καὶ Βαβρίου δὲ τινῶν χωλῶν ἰάμβων·
ʽΓάλλοις ἀγύρταις εἰς τὸ κοινὸν ἐπράθη
ὄνος τις οὐκ εὔμοιρος, ἀλλὰ δυσδαίμων.'
εἶτα παρελθὼν καὶ κατωτέρω λέγει
ʽοὗτοι δὲ — ʽΡείης;'

notatu dignum est quod Tzetzes Babrii *μυθιάμβους* a iambis distinguit: nam, ut Tetrastichorum aliquot codices demonstrant, non ipsae Babrii fabulae sed Tetrasticha fabularum Babrianarum aliorumque compendia sub titulo *Βαβρίου ἴαμβοι* designabantur: cf. e. g. cod. Marc. gr. 31 in quo insunt *Βαβρίου ἐν ἐπιτομῇ ἴαμβοι τετράστιχοι* et alios codd. a C. Fr. Müller in praefatione ad Tetrastichorum editionem laudatos. etenim Tzetzes in Chil. XIII 486 sqq., ubi de *μύθων τοῦ Αἰσώπου* et de *στίχων τοῦ Βαβρίου*[2]) loquitur, non Babrii fabulam 82 prae oculis habuit sed Tetrastichum I 4 quod ad verbum fere politicis qui dicuntur versibus reddidit:

λέων καθεύδων πλάττεται, οὗ μῦς δραμὼν αὐχένι
ἐξ ὕπνου τοῦτον ἤγειρεν ἐντεθορυβημένον.
ἀλώπεκος γελώσης δὲ ὁ λέων ἀπεκρίθη·
ʽοὐ μῦν πτοοῦμαι, τὴν δὲ ὁρμὴν ἐκτρέπω'.[3])

(9) Natalis Comitis (Natale de Conti) Mythologiae sive explicationum fabularum libri X, Venetiis ²1581: (lib. IX p. 633, 7 sqq.) ... *quo tempore cum Deae imagine asino imposita sacerdotes obire vicos mendicantes consueverunt, cum tympano illi Deae sacrato, quo metu ac reverentia Deae quasi praesentis vel a nolentibus extorquerent victui necessaria cum imaginem scutum famis vocet*[4]) *ac sitis, ut patet in iambis fabulosis Gabriae qui ita scripsit per iocum*:

---

1) Cf. e. g. Chil. IV 932 sqq. (+ Epist. 1 p. 2, 8 Leone) ex Luc. Pisc. 32 et Fugit. 13; Chil. IV 937 sqq. ex fab. iambica ap. Greg. Naz. Poem. de se ipso XII 701 sqq. (PG 37, 1217); Chil. IV 944 sqq. (+ Epist. 1 p. 2, 9 Leone) ex CFA 75 I; Chil. VIII 500 e Theophyl. Sim. ep. 34 Boiss. = Epistologr. p. 773 Hercher (ap. CFA II p. 153); Chil. X 749 sqq. (+ Epist. 74 p. 109, 5–6 Leone) ex CFA 126 I + Tetr. I 15 Müll.; vide etiam Epist. 43 p. 63, 16–17 Leone ex CFA 139 I; Epist. 13 p. 23, 7–8 Leone ex CFA 254 I; Epist. 56 p. 78, 1 Leone ex Tetr. I 25 Müll.

2) Cf. inscriptionem Tetrastichorum in cod. Berol. quem Müller l. l. describit: *μῦθοι ἔσοποι ἰαμβικοὶ τετράστιχοι Βραβίου τοῦ σοφιστοῦ.*

3) Cf. Tzetzae ipsius schol. ad v. 490 (p. 601 Leone): *στίχος Βαβρίου τετράστιχος.* idem Tetrastichum memorat etiam in Epist. 106 p. 154, 21 Leone: *οὐ μῦν πτοουμένοις τὴν ὁρμὴν δ' ἀνατρέπουσι.*

4) *cum — vocet*, textus corruptus (cf. v. 4 infra).

Γάλλοις ἀγύρταις εἰς τὸ κοινὸν ἐπράθη
ὄνος τις οὐκ εὔμοιρος ἀλλὰ δυσδαίμων
ὅστις φέρῃ πτωχοῖσι καὶ πανούργοισι
πείνης σάκος, δίψας τε καὶ κακῆς τέχνης
οὗτοι δὲ — Ῥείης;[1])

Fuit enim antiquorum consuetudo sacerdotum multorum ut per vicos vagarentur ac victum in honorem quorundam deorum colligerent ...[2]) eosdem versus quos Natalis Comes hoc loco memorat etiam Tzetzes (v. supra) laudavit: communis error in v. 6 et collatio locorum *ὥσπερ Γαβρίας*[3]) *γράφει ἐν Μυθιάμβοις* (Tzetzes) — *ut patet in iambis fabulosis Gabriae* (Nat. Com.) per se quidem demonstrant artissimam Comitis cum Tzetza adfinitatem. his adde quod Comes saepius in opere suo Tzetzae Chiliadum locos memorat, immo ad verbum interdum describit.[4]) si haec ita se habent, versus 3—4 (v. 3 in exitu corruptus) qui ap. Tzetzam non occurrunt, Comitem e scholio quodam in exemplari editionis Gerbelianae adiecto (e Chiliadum codice ut videtur hausto)[5]) sumpsisse putaveris: eosque ft. ex parte quidem byzantinum diasceuastam concinnavisse.

4. DE CODICVM AVCTORITATE ET COGNATIONE

Errores, variae duplicesque lectiones infra exhibentur quo melius non solum quae ratio inter codices ceterosque testes intercedat inspiciatur sed etiam condicio genus bonitasque uniuscuiusque testis definiri possit:

4.1 de codicibus **A G V**
4.2 de **Ba** (**Bb**) et Georgida
4.3 de Suida
4.4 de papyris et tabulis ceratis (*Π*₁ *Π*₂ *Π*₃ *Π*₄)
4.5 de duplicibus lectionibus
4.6 de dodecasyllabis.

---

1) Natalis usque ad exitum v. 9 (*Ῥείης*) pergit, sicut Tzetzes, et in v. 6 eandem corruptelam exhibet.

2) Subsequitur longum Phoenicis Colophonii fragmentum choliambicum de sacerdotibus Coronistis ex Athenaeo haustum (fr. 2 Powell).

3) Sic in Chiliadum cod. A in mg. (cf. Kiessling, adn. ad loc.); cf. etiam Kiessling, adn. ad Chil. VIII 515 ubi *Βαβρίαν* in *Γαβρίαν* in cod. A immutatum est. inde a Tetrastichorum editione Aldina anno 1505 prolata (inscriptio: *Γαβρίου Ἕλληνος τετράστιχα*), viris doctis solum nomen *Γαβρίας* notum fuisse constat.

4) Cf. Mythol. II 111, 8 (quod scribitur à Zeze in historia 51, Chil. 2 ...), V 291, 43 (memoriae prodidit Zezes histo. 202 Chil. 8 ...), VII 512, 18 (scriptum reliquit Zez. hist. 90 Chil. 6), VIII 561, 48 (... Zez. hist. 48 Chil. 2 ...) etc. cum primus Nicolaus Gerbelius in Tzetzae editione anno 1546 Basileae prolata docti byzantini librum variarum historiarum in Chiliades distinxerit, certe Comes Gerbelii editionem adhibuit.

5) Cf. Kiessling p. IV ubi Tzetzae opus ad omnes fere litterarum partes pertinens omni tempore a viris doctis usurpatum atque tractatum esse adfirmat. cf. etiam P. A. M. Leone, Prolegom. ad Historias p. XLI s. fin. et LXXV: Ps.-Orphei Lithicorum locus, vv. 17, 18, 19, 21, a Tzetza in Chil. XII 603—606 laudatus in editione Gerbeliana versu maior est quam in codicibus; etenim hunc versum lector quidam doctus aut Gerbelius ipse in margine codicis C (Monac. gr. 338.5, saec. XV) addidit.

Quo verius clariusque Babrii traditionem mediaevalem adumbres, has quoque quaestiones attente perpendas velim:

4.7 de fabularum ordine alphabetico
4.8 de paraphrasi Bodleiana (Ba) cum metaphrasibus et cum fabulis Augustanis (CFA I) contaminata
4.9 de Babrii fragmentis e paraphrasi Bodleiana restitutis
4.10 de epimythiis (epim.[1] et epim.[2]).

In fine huius commentationis ad nexus qui inter codices ceterosque testes intercedunt declarandos imaginem addam quam veritati fere proximam existimo.

4.1 De codicibus A G V

(1) errores A G V
Codices A G V has tantum fabulas communes habent: 12, 20, 27. errores communes exhibent:
12, 9 init. *ἀεί* (v. adn. ad loc.)
12, 10 init. *καί*
12, 18 *μήνυσον* (v. infra)
12, 11–12 versus interpolatos[1])

(2) errores A G
Soli A G (V deest) has fabulas communes habent: 1, 3, 5, 6, 9, 10, 11, 13, 17, 19, 22, 29, 34, 35, 39, 46, 50, 52, 60, 61, 64, 67, 71, 72, 74. errores communes exhibent:
5, 4 *ἐκρύπτετ' οἴκου* (*οἶκον* G) A G, ⟨*ἐς*⟩ *οἶκου* suppl.
5, 11 *πλέον* A G pro *πλεῖον*
9, 4 *ἐτέριζεν* A G pro *ἐτερέτιζεν*
9, 5 *ἔκαμνε* (*-νεν* G) A G pro *ἔκαμε*
19, 2–3 *ποικίλη* (*πικήλη* G) *κερδὼ* / *ἰδοῦσα πλήρεις* (*-ρης* G) A G pro *ποικ. πλ.* / *ἰδ. κερ.*
19, 4 *ποσὶν* A G pro *ποσσὶν*
22, 12 *ἑκάστη . . . ἀποσπῶσα* A G, verba interpolata
22, 12a versus interpolatus *ἀεὶ γὰρ*[2]) *ἕν γε . . . ἐγυμνοῦτο* A G
22, 14a interpolationes *ἀεὶ . . . δακνόμενος* A et *ἀεὶ δάκνει* G ex eodem fonte fluxerunt
29, 4 *ἀλφίτοισι* A *ἀμφίτοισιν* G pro *ἀλφιτεῦσι*
39, 4 *στάσιν* A G pro *στάσει* (v. adn. ad loc.)
46, 7 interpolationes quae post *ὕλας* in A G occurrunt demonstrant in communi fonte hemistichium post *ὕλας* excidisse
50, 15a versus in A G interpolatus

---

1) Cf. *σύσκηνος* vocem a Babrio alienam, cf. e. g. 106, 9 et 64, 4 ubi *σύσκηνος* pro *σύνοικος* in G legitur; adde quod pro *σύσκηνος . . . κατοικήσεις* Babrius planius, ut solet, *συνοικήσεις* dixisset (cf. sim. loc. 93, 9), nec nisi cum accusativo poeta verbum *κατοικεῖν* usurpavit (cf. 2, 7; 108, 11). hos versus potius magistellus quidam glossematis (ad *ὁμώροφον* et *δῶμα*) et Babrii locis similibus (108, 15; 93, 9; 106, 9) usus refinxit (cf. tabulae ceratae choliambos 43, 11 sqq. et cap. 4.4 infra).

2) *γὰρ* interdum interpolationes explicandi gratia additas detegit, cf. e. g. adn. ad 11, 6 G.

61, 5 *ϑήρην* (*-αν* A) . . . *ἠρέϑιζεν* (*ἠϑέριζεν* G) *ἀγρίην* A G pro *ϑήρης* . . . *ἠράτιζεν ἀγρείης*
64, 9 *τῶν πελέκεων* glossema in A G ex infer. versu

(3) errores A V
Soli A V (G deest) has fabulas communes habent: 21, 28, 33, 55, 68, 77, 83, 88, 90, 101, 114, 116, 117. errores communes exhibent:
28, 4 *μήτηρ* A V pro *μῆτερ*
33, 13 *ἔλϑωσιν* A V pro *ἔλϑωσ'*
99, 3 *ἀλλ' ἐνέχυρον δώσεις* A V, varie ab editoribus sanatum
de 116, 12 et 16 est cur dubites erroribusne inquinati sint necne.

(4) errores G V
Codd. G V tres tantum fabulas communes habent: 12, 20, 27 (de A v. supra n. 1). errores communes exhibent:
12, 1 *μακρὰν* G V, *μακρὸν* A
12, 17 *καὶ κατακαίει* G V, *δ' ἀγρώτην τήκει* A (v. adn. ad loc.)
20, 4 *προσηύχετο μόνῳ* (*-νον* G) *ἁπάντων* (*-ντας* G) G V pro *προσηύχεϑ' ὃν μόνον π.* A
20, 5 *ἐκείνῳ* (*-ον* G) *ὡς πολλὰ δυναμένῳ* (*διαμ.* V) G V, dodecasyllabus pro *ἀληϑῶς προσεκύνει τε κἀτίμα* A
20, 6 *αὐτὸς* G V, *ϑεὸς* A
27, 6 *ἔπνιγας* G V, *ἔπνιγες* A
27, 6a versum interpolatum habent G V, om. A

(5) hanc rationem inter codd. A G V confirmant quae sequuntur:
versus 12, 18 in A G V corruptus (v. supra), aliter tamen in A, aliter in G V sonat: *ἄγε δὲ σεαυτὴν σοφὰ λαλοῦσα μήνυσον* A, *ἄγε δει πέρσαι τὴν σοφὴ οὖσαν μήνυσον* G, *ἄγε μήνυσον σαιτὴν σοφή περ οὖσα* V (dodec.). error codicibus A G V communis (*μήνυσον*) ab uno eodemque exemplari ortum repetit: in ceteris tamen G V aperte contra A faciunt.
versus 12, 10 in A post v. 9, in G V post v. 13 legitur
variae lectiones:
12, 7 *ἢ* A, *χὴ* G V
12, 13 *οὐχὶ* A, *κοὐχὶ* G V
12, 16 *σε . . . νυκτὸς ἔννυχος στίβη* A, *σοι . . . νῶτον ἔνδροσος κοίτη* G V[1])
20, 1 *ἐκ* A (+ Phot. Suid.), *εἰς* G V
20, 7 *κέντιζε* A, *κέντριζε* G V

(6) adde quod in fabulis quas A G V testantur A V contra G et A G contra V solum in lectione recta consentiunt: codicum A G contra V vel A V contra G consensus in errore numquam occurrit. cf.:
12, 1 *ἀγροῦ χελιδὼν* A G recte, *χελ. ἀγ.* V
12, 9 *πικρὸς* A G, om. V
12, 5 *ἀλλήλας* A V recte, *ἀλλήλαις* G
27, 2 *ὑδ. ἐν συν. κοίλῃ* A G recte, *βαλὼν ὑδάτων συνεχεῖα* V (dodecasyllabus)
27, 5 *πάσας* A V, *πλείστας* G
27, 6 *πάντα δ' οἶκον ἠρήμους* A V recte, *οἶκον μεστὸν δ' ἐρήμοις* G

Ideoque, ut rem paucis adstringam:

– errores communes habent A G V, vel A G ubi V deest, vel A V ubi G deest (v. supra nn. 1. 2. 3).
– in fabulis A G V (fabb. 12, 20, 27) codices G V saepe in errore contra A faciunt (v. supra n. 4), numquam autem in his fabulis A G contra V


1) *νῶτον* om. G, qui saepe huiusmodi lacunis laborat, v. supra cap. 3.2.

vel A V contra G in errore consentiunt.
— G et V suos quisque errores singulares habent.

Si, ni fallor, haec est errorum ratio, codices A G V ex uno eodemque exemplari originem duxisse putes necesse est. gravissimi tamen errores codicibus G V communes (cf. in primis 20, 4—5) demonstrant eos ab editione quadam fluxisse byzantinis dodecasyllabis (v. infra) hic illic inquinata: unde eius aetatem vix ante saeculum decimum ponas (v. cap. 4.7). codex V tamen multo plures exhibet errores singulares (saepe dodecasyllabos) quam G: quam ob rem longius est a communi cum G fonte remotus et Babrii textum praebet penitus varieque a byzantinis librariis corruptum. quo melius videas quot qualesque in V irrepserint corruptelae, exscribam tibi textum fabulae Babrianae 55, qualis in codice V exstat:

ὄνον τις ἔχων καὶ τῷ βοὶ συζεύξας
ἠροτρία πτωχὸς μὲν ἀλλ' ἀναγκαίως.
ἐπεὶ δὲ τὸ ἔργον ἐπληρώθη λύειν
μέλλων αὐτοὺς ἡ ὄνος διηρώτα
τὸν βοῦν· τίς ἄξει τῷ γηπόνῳ τὰ σκέβη;
ὁ δὲ πρὸς αὐτὴν εἶπε· πάντως ὥσπερ εἰώθη.

His perpensis errorum rationem hac fere imagine depingas:



Quae cum ita sint, codicum A G consensum in lectione probabili his locis servandum censeas:

5, 4 *ἐκρ.* ⟨*ἐς*⟩ A G, quam formam edd. plerique immutaverunt
5, 8 *ὁ δ' ἄλλος* A G, *ὁ δ' ἀδεῶς* Bergk al.
6, 2 *ζῴων* A G, *σῴζων* Baiter al.
10, 4—5 versus non intercidit (cf. Crusii appar.)
10, 12 *κεχόλωμαι* A G, *χολοῦμαι* Lachm. al.
11, 5 *βαλόντος* A G Π_3 (Ba Bb Mg), *λαβόντος* Orelli al.
19, 6 codicum A G consensus Suidae interpolationem detegit, quam tamen Lachm. Crus. al. receperunt
22, 3 *λευκὰς μελαίνας* A G, *λευκαῖς μ.* Lachm. al.
29, 2 *ὑπὸ μύλην* A G, de quo Crus. al. dubitarunt
34, 7 *ἐφ'* A G recte, *ἐν* Schneidewin al.
34, 7 *ἥμει* A G confirmant, *οἴμοι* A^t vix recipias
52, 3 versus exitum A G consentientes testantur
71, 6 *φωνὴν* A G, *μορφὴν* Nauck

idem de consensu codicum **A V** sentias:

28, 7 *τοιοῦτον* **A V**, *τοσοῦτον* edd. plerique
28, 10 *ποιότητα* **A V**, *πιότητα* vel *ποσσότητα* edd.
68, 2 *τοξεύσει* **A V**, *Ζεὺς ἥμων* Perry temere
83, 1 post *ἵππον* nulla causa cur lacunam statuas
88, 2 versum cave cum Rutherf. deleas
99, 4 *μὴ μεθεῖναι τὴν πίστιν* **A V** servandum videtur
116, 12 *εἰς δόμους* **A V** servare malim
116, 16 *ἐπιχαίρειν* **A V** haud respuendum

4.2 De Ba (Bb) et Georgida

Quaerenti tibi quem locum in stemmate supra allato teneat exemplar[1]) quo usus est paraphrasta **Ba (Bb)** haec praesto sunt:

(1) ex fabulis quas **A G** testantur:
3, 1 *αἶγας ποτ' εἰς ἔπαυλιν αἰπόλος* . . . **A**, *αἶγας ποτ' αἰγοβοσκὸς ἀνεκάλει* . . . **G**, *αἰγοβοσκὸς τὰς αἶγας ἀνεκαλεῖτο* . . . **Ba**
10, 1 *κακορρύπου* **A**, *κακοτρόπου* **G Ba** (+ Suid.)
11, 6 *τὸ πῦρ φέρουσαν* **A**, om. **G Ba (Bb)**
11, 6 glossema *καιρὸς γὰρ* **G**, *δὲ καιρὸς* **Ba (Bb)**
13, 2 *πολεμίας* **A**, *πολεμιστὰς* **G**, *τοὺς φθείροντας* **Ba**
13, 11 *ταῖς* **A**, *τοῖς* **G Ba**
22 exitus epimythii spurii in **G** (*ὥσπερ θάλασσα γελῶσα*) in **Ba (Bb)** agnosci potest: *θαλάσσῃ ὁμοιοῦται* . . . *προσμειδιῶσα*.
50, 10 hemistichium alterum non habet **Ba (Bb)**, glossema habet **G**
50, 16 *πῶς οὐκ ἄν, εἶπεν, ὧν γε μάρτυς εἰστήκειν* **A**, *ἑώρακα, φησίν, ἠκροασάμην πάντα* **G**, *ἦ δ' εἶπεν· ἠκροασάμην πάντα* **Ba (Bb)**
64, 5 *στέγη* . . . *μελάθρων* **A**, *στέγη* . . . *ναῶν* **G**, *ναῶν στέγη* **Ba**
71, 10 *ἠπιωτέρην* **A**, *ἡμερωτέραν* **G Ba (Bb)**
74, 9 *ἀφ' ὧν* **A**, *ἐφ' ὧν* **G Ba (Bb)**
74, 15–16 *διὸ δυσκολαίνει, Βράγχε, πᾶς ὁ γηράσας* **A**, *δι' ὃ δύσκολεν εἴ πᾶς ἀνὴρ γε γηράσκων* **G**, *διὰ τοῦτο πᾶς γηράσκων δύσκολός ἐστι* **Ba (Bb) Mb**


(2) ex fabulis quas **A V** testantur:
114, 6 *βαιὸν ἦν λύχνου πνεῦμα* **A**, *φαῖνε λύχνε καὶ σίγα* **V Ba (Bb)**
114, 7 *οὐκ ἀποθνήσκει* **A**, *οὔποτ' ἐκλείπει* **V Ba (Bb)**
117, 2 *ἔλεγεν ἄδικα* **A**, *ἀδίκως ἔλεγε* **V Ba**

His igitur collectis aperte patet paraphrastam **Ba (Bb)** exemplari quodam stirpis *β* usum esse (non tamen ipso **G**, v. infra), certe non Babrii editione qualem codex **A** solus testatur. de Georgidae fonte iam supra (p. XLIV sq.) disserui eumque prae oculis codicem stirpis *β* habuisse patet.

Quod igitur ad errorum quidem rationem spectat ita stemma supra allatum suppleas velim:

---

1) De errorum ratione quae inter codd. **G** et **Ba** intercedit disseruit etiam E. Husselman, A lost Manuscript . . . 120 sqq.



si haec, ni fallor, ita se habent, **A Ba** consensus idem valet atque **A G** vel **A V** consensus (v. supra) et ad archetypum redit. confer e. g. 75, 15: alteram viam adiit **A**, alteram **Ba** sed *τοὺς νοσοῦντας* (*ἀνθρώπους*) communem fontem prodit et textus in **A Ba** inquinatus antiquam corruptelam detegit (cf. adn. ad loc.). simili modo versus 65, 1 **A Ba** certe ex eadem vetusta Babrii editione originem deducit (v. infra 4.3) itemque versus 107, 12, etsi corruptus.

4.3 De Suida

(1) **A G** Suid. communes habent fabulas 5, 6, 10, 19, 22, 34. haec velim consideres:

5, 1 *Ταναγραίων* **A** Suid. recte, *τῶν ἀγρίων* **G**
5, 2 *οἷον* **A G** (**Ba**), *ὥσπερ* Suid. (cf. adn. ad 31, 10)
5, 9 *σχὼν* **A G**, *ἔχων* Suid. falso
6, 6 *πόσου* (*πόσον* **G**) *με πωλήσεις* **A G**, *τίν' ὤνον εὑρήσεις* Suid., duplex lectio (v. cap. 4.5)
10, 1 *αἰσχρᾶς* **A G** + Suidae cod. V, *σαπρᾶς* Suidae codd. cett.
10, 1 *κακορρύπου* **A**, *κακοτρόπου* **G** (**Ba**) Suid.
19, 6 *κάμνουσα δ' ἄλλως οὐ γὰρ ἴσχυεν ψαύειν* **A G** recte, *ὡς δ' οὐκ ἐφικνεῖτ' ἀλλ' ἔκαμνε πηδῶσα / οὐδὲν κρεμαστῆς σχοῦσα πλεῖον αἰώρης* Suid. (v. cap. 4.5)
22, 4 *ἔτ'* (*εἶτ'* **A**) *εἰς* **A G**, *ὅς εἰς* Suid., cf. adn. ad loc.
34, 2 *οἰνάσιν* **A G**, *οἰνάροις* Suid.
34, 1 *θύων* **A**, *θύσας* **G** Suid. (v. cap. 4.5)

Itaque Suidas modo cum **A** contra **G**, modo cum **G** contra **A** facit, sed semper in duplici vel in recta lectione, numquam in errore. codices **A G** contra Suidam solum in lectione recta vel duplici consentiunt, numquam contra Suidam in errore faciunt.

(2) **A V** Suid. communes habent fabulas 33 et 88. confer quae sequuntur:

33, 2 *πυρὸν εἰς νεὸν* **A** Suid. recte, *ἐν κλήρῳ πυροὺς* **V** (dodecasyllabus)
33, 2 *ῥίψας* **A**, *σπείρας* **V** Suid.
88, 3 *κόμη* **A** Suid., *κόμαις* **V** (cf. cap. 4.5)
88, 11 *ἐστι νῦν* (*τοῦ* **V**) *φεύγειν* **A V**, *ἐστιν ἦια λύειν* Suid., lectio duplex corrupta
88, 17–18 *ὥρη . . . ὄντως* **A V**, *ὄντως . . . ὥρη* Suid.
88, 18 *ἀλλαχοῦ* **A V**, *ἐκ τόπων* Suid. (cf. cap. 4.5)
88, 19 *ὅτ' αὐτὸς αὐτῷ* **A V**, *ὅτ' αὐτὸς ἀμᾷ* Suid.

Suidas igitur modo cum **A** contra **V**, modo cum **V** contra **A** facit, sed semper in lectione recta vel duplici, numquam in errore. codices **A V** contra Suidam solum in lectione duplici consentiunt, numquam contra Suidam in errore faciunt. itaque his perpensis codicis **A** cum Suida consensum in 81, 1 et 81, 3 cum Lachmann aliisque servare malim (cf. adn. ad loc.): plerique autem editores locum ad Augustanae fabulae tenorem conformarunt.

Locis supra collatis adde:

(3) **A Ba** Suid.:

65, 1 *ἤριζε τεφρὴ γέρανος εὐφυεῖ ταῶ⟨νι⟩* **A**, *ἤριζεν εὐφυεῖ γεράνῳ ταώς* **Ba** (ideoque *β*), *Λίβυσσα γέρανος ἠδὲ ταὼς εὐπήληξ / χλωρὴν ἀεὶ βόσκοντο χείματος ποίην* Suid. (cf. cap. 4.5 et Prometh. 10, 1984, 84).
82, 8 *κακὴν δὲ μελέτην ἐπ' ἐμὲ †τῆς ὁδοῦ τρίβει†* **A** (cf. adn. ad loc.), *ἀλλὰ τὴν κακὴν ὁδὸν καὶ συνήθειαν* **Ba**, *χαίτην δ' ἔμελλε τὴν ἐμὴν καταισχύνειν* Suid.

Itaque tot locis collectis quibus aperte Suidas contra **A G**, **A V**, **A Ba** in lectione duplici facit (cf. etiam cap. 4.5), plane confirmari vides quae supra de Suidae fonte Babriano disserui (cap. 3.11): Babrii fabulae in *Μυθικῶν* conlectione passim diffusae, fabulis dactylicis ad eadem saepe argumenta spectantibus admixtae, suam propriamque viam adierunt a codicibus Babrianis longius remotam: nam facilius *Μυθικῶν* fabulae, ut par est, glossematis, interpolationibus, duplicibus lectionibus a viris doctis hic illic vitiatae sunt. Suidas igitur lexicographus, rariores quidem voces verborumque iuncturas solitus exquirere, eos prorsus Babrii locos in *Μυθικοῖς* respexisse videtur, quibus scholia glossemata duplices lectiones additae sunt. cuius rei exilia quidem sed satis certa vestigia inveniri possunt: cf. 7, 12 ubi *τὸν γόμον* duplicem lectionem Suidas una cum *τὴν σάγην* transcripsit (s. v. *σάγη*), vel locum memorabilem 43, 6 (de quo v. supra, cap. 3. 11) cuius duplices immo triplices lectiones in *Μυθικοῖς* praesto fuisse constat, vel 86, 2 versum scholiis variis interpolatis vitiatum (*χθιζῶν, τὸ εἰς τὴν ἕω λειπόμενον, ἐπὶ ὄψων*, cf. Suid. s. v. *ἕωλα*). lectiones Suidae singulares veluti bini versus 19, 6 ab et 65, 1 ab, vel hemistichia 6, 6; 38, 2; 88, 11 (cf. cap. 4.5) mea quidem sententia interpolatoris manum produnt qui fabularum dactylicarum grandiorem stilum aemulari conatus est. certe haec a Babrio abiudicanda videntur: nam fabulator noster *λευκῇ ῥήσει* se scribere professus (cf. Prol. II 13), imitatores qui fabulas *σοφωτέρης μούσης γρίφοις* composuerant vehementer insectatus est. fabularum dactylicarum fragmenta quae ex *Μυθικοῖς* Suidas excerpsit (v. cap. 3. 11) magna ex parte ad veteres illos Babrii imitatores redire videntur. initium fabulae de grue et pavone apud Avianum (Av. 15, 1–2 *Threiciam volucrem fertur Iunonius ales /*

communi sociam conteruisse cibo) interpolationis 65, 1 ab antiquitatem[1]) probat, nullo modo consensum A β (v. supra) in dubium revocare potest[2]), littera insuper initiali firmatum.[3]) eadem de insigni loco 19, 6 ab sentias velim, ubi A G (i. e. A β) consentientes manifestam alioqui interpolatoris fraudem apud Suidam detegunt.[4])

His omnibus perpensis etiam ubi solus codex A cum Suida praesto est, melius veriusque videtur codicis A lectionem Suidae praeferre, nam periculum est ne interpolatoris vel interpolatorum verba Suidas Babrio tribuat. confer:

24, 4 *οὓς εἶπε παύσας* A, *ὧδ* (*ὅδ'* Suid.) *εἶπε κλαύσας* Suid.[5])
31, 9 *εἴλας* A, *φρήτρας* Suid.
38, 2 *ἐνεῖραν* A, *ἐναφῆκαν* Suid.
43, 6 *ἢ τὰ γαῦρα πημαίνει* A, *ἢ τὰ γῆς ἐποπτεύει* vel *ἢ τ' ἄδικ' ἐποπτεύει* Suid. (v. supra)
80, 4 *ἄνευ γέλωτος μήτι κἂν χορῷ παίζειν* A, *μὴ καταγέλαστον μήτι πυρρίχην παίζειν* Suid.[6])
103, 3–4 *ὡς νόσῳ κάμνων / ἔκειτο δολίως* A, *οἷά τις νούσῳ / κάμνων ἐβέβλητ'* Suid.

Es omnibus locis quos supra attuli facile colligi potest Suidae *Μυθικά* extra stemma (v. supra) posita esse: quorum fons Babrianus, verisimili quadam ratione, antiquitatis exeuntis temporibus doctis interpolationibus corruptus est.

4.4 De papyris et tabulis ceratis

Tres tantum fabulae tibi praesto sunt quarum lectiones et in *Π* et in A G vel A V comparari possint:

(1) $Π_3$ A G communes habent fabulas 11 et 17:
11, 1 *κήπων* A G, *κήπου* $Π_3$ (cf. cap. 4.5 sub fin.)
11, 7 *καλλίπαις* A G, *καλλικαρπος* $Π_3$, contra metrum
11, 8 versum habent A G (Ba Bb), om. $Π_3$ ob sim. vv. 8–9 initia

1) Cf. B. E. Perry, adn. ad loc.: "A's first line, paraphrased in B, is probably built on the Babrian original". cf. etiam Prometh. 10, 1984, adn. 26.

2) Nuper J. Küppers, Die Fabeln Avians, Bonn 1977, 124sqq., denuo cum Crusio et Nøjgaard versus spurios pro Babrianis defendit et lectionem A β respuit.

3) V. infra cap. de fabularum ordine alphabetico (4.7).

4) Cf. B. E. Perry, adn. ad loc.: "in place of this one line in A G, Suidas has two others which are probably taken from an inflated though ancient recension of the text".

5) Variam lectionem respexit byzantinus metaphrasta (de quo v. infra cap. 4.8a): cf. metaphr. Mb ap. Cham. I p. 236 *εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν μέγα ἀναστενάξας* . . .

6) Suidae *μὴ καταγέλαστον* Babrianae locutioni *ἄνευ γέλωτος* respondit; composita verba Babrianis simplicibus respondentia saepius in paraphrasi Ba inveniuntur: cf. e. g. 14, 1 *φιλεῖν ἄνθρωπον* Babr., *ὡς φιλάνθρωπος* Ba; 65, 2 *ταῶνι σείοντι χρυσᾶς πτέρυγας* Babr., *ταὼς χρυσόπτερος* Ba; 95, 3 *φίλην δ' ἀλώπεκ' εἶχεν* Babr., *τῇ προσφιλεῖ δ' ἀλώπεκι* Ba, etc.

11, 9 ἅλωνα **A G**, ἅλωα Π_3
17, 1 ὄρνεις **A G**, ὄρνιν Π_3 (cf. cap. 4.5 sub fin.)
17, 2 ὡς ϑύλακός τις **A G**, κορῠκος οἷα Π_3, cf. cap. 4.5 infra
17, 2 πασσάλων **A G** recte, πασσάλω (i. e. -ῳ) Π_3
17, 5 ἤδη **A G**, om. Π_3

quibus adde:

11, 2 ϑ. π. τ. α **A** Π_3 recte, π. ϑ. τ. α. **G**, contra metrum
17, 3 πινυτός **A** Π_3 recte, λαμπρῶς **G**, glossema quod ex infer. versu irrepsit (cf. adn. ad loc.)
17, 4 versum habent **A** Π_3, om. **G** (sed in apographo exstabat)
17, 5 ϑυλάκους **A** Π_3 recte, ϑύλακας **G**
17, 5 ἰδών **A** Π_3, ὁρῶν **G** lectio duplex, cf. cap. 4.5

his locum addam memoria dignum

17, 6 εἶχε ζῶντος **A**, εἶχεν μεῖζον Π_3; οὗτος εἶχεν **G**, recte (cf. adn. ad loc.). mea quidem sententia ζῶντος, quod edd. receperunt, certe pro errore habendum est.

Loci supra allati hoc demonstrant, papyrum Π_3 (saec. III/IV) et codicem **G**, quotiescumque ab **A** differunt, lectiones corruptas (i. e. glossemata, lacunas, synonymias contra metrum) vel duplices exhibere. insignis lectionum corruptarum **A** Π_3 cognatio in 17, 6 antiquam in **A** corruptelam detegit quam ramus β/**G**, ceteroqui inquinatissimus, non exhibet.

(2) Π_2 **A V** unam fabulam 117 communem habent:

117, 5 ταῦϑ' **A V**, τοῦϑ' Π_2
117, 6 πολλῶν **A V**, πολὺς Π_2 contra metrum
117, 6 ἑσμὸς ἦλϑε **A V**, ἵκεϑ' ἑσμὸς Π_2 contra metrum
117, 7 habent **A V**, om. Π_2 (et **Ba**)
117, 9 παίων **A V Ba**, νύξας Π_2
117, 10–11 ὑμῶν / εἶναι **V** Π_2, εἶναι / ὑμῶν **A**, cf. cap. 5.3 et 4 infra
117, 11 οἷος **A V**, ὁποῖος Π_2 contra metrum
117, 8 συνεπάτησε **A** Π_2, συνεπάτει **V** contra metrum
117, 2 ἔλεγεν ἄδικα **A**, ἀδίκως ἔλεγε **V Ba**, ἀδίκως εἶπεν Π_2
117, 8 πλείους **A**, πάντας **V Ba**, ἄλλους Π_2 (cf. cap. 4.5)

Ideoque **V** Π_2 (vel **V Ba** Π_2) contra **A** in lectione recta vel duplici faciunt, itemque **A V (Ba)** contra Π_2: duplices, immo triplices lectiones, aliae in **A**, aliae in **V**, aliae in Π_2 demonstrant iam antiquitus novas per synonymian lectiones, metri vitio carentes, in Babrii textum irrepsisse.

Versus 117, 7 quem facili negotio adimas sine ullo rei narratae detrimento, in Π_2 et in fonte a **Ba** adhibito omissus, artiore quodam vinculo Tabulas ceratas cum **Ba** coniungit: eiusdem generis est versus 78, 3 quem **A** exhibet, Π_2 et **Ba (Bb)** omiserunt. ideoque ramum β ex parte quidem quae in **Ba** fluxit antiquis scholarum exercitationibus inquinatum esse conicias: nam ut supra in cap. 3.5 de Π_2 demonstravi, magistelli dictantes difficiliora omittere vel immutare soliti sunt. quam sententiam quodam modo confirmant versus 34, 3 **A**; 46, 8 **A** a **G** omissi et ipsi quidem ad fabulae colores ornatumque spectantes.

Ad eandem rationem pertinere videtur versus Prol. I 8 A quem papyrus scholastica **Π_4** non exhibet. eiusdem generis est versus 118, 5 A, certe mea quidem sententia Babrianus (cf. 88, 4), quem tamen excerptor, cuius opus in **Π_1** transcriptum exstat, argumenta tantum respiciens (v. supra cap. 3.4) omisit.

Quae si ita se habent necesse est aut omnes hos versus pro unius eiusdemque magistelli interpolationibus antiquis habeas, aut omnes item in textum recipias: nullo modo alius recipi alius respui potest, quod fecit e. g. B. E. Perry. in nostra editione omnes servati sunt.

Praesertim in **Π_2** et in **Π_4** alia quaedam indicia exstant quibus probari potest magistros plura penitusque interdum in Babrii fabulis immutavisse.

Prol. I: in **Π_4**, qua pueruli in litterario ludo usi sunt (v. supra, cap. 3.7), pro vv. 4–5 unus versus legitur quem facili negotio *γραμματιστής* quidam Babrium ipsum imitatus confecit (cf. exitum vv. 100, 6 et 59, 13); post v. 7 versus spurius explicandi gratia additus est (*οἷους περ ἡμεῖς κτλ.*), ne in difficilioribus verbis *ἔναρθρον* et *λόγους ᾔδει* puerculi haererent. in vv. 8–11 doctum *δέ* narrativum quater repetitum *γραμματιστής* removit, versum 8 certe Babrianum delevit et *καί* pro *δέ* in v. 10 substituit: itaque *Βράγχε* nomen intercidit. hoc ludi magistri opus fuisse aperte demonstrat *γνώμη* paulo superius in eadem papyro allata, quam papyrus Vindob. 19 999 A (saec. I p. Chr. n.) hac forma exhibet (cf. Menandri Sent. ed. S. Jaekel, Lipsiae 1964, fr. IV 8, p. 8): *ῥᾴθυμος ἐὰν ᾖς, Φανία, πένης ἔσει.* ludi magister autem saeculi quarti, cuius opus **Π_4** testatur, sic sententiam immutavit (Men. Sent. fr. II 17, p. 6): *ῥᾴθυμος ἐὰν ᾖς, πλούσιος πένης ἔσῃ.* simili modo in cod. G et in Ba nomen *Βράγχε*, in versu 74, 15, qualem A exhibet, interpositum, a magistellis ablatum est (cf. adn. ad loc.).

Si haec ita se habent, ad Prologum priorem, vexatissimum quidem, restituendum, pluris mihi aestimandum videtur codicis A testimonium quam papyri in usum puerculorum a *γραμματισταῖς* aperte retractatae. aliter de hac quaestione iudicant Immisch, Perry, La Penna et Vaio (cf. adn. ad loc.).

43, 11 sqq.: versus 11–15 quales in A et in Tabulis ceratis leguntur mecum velim compares:

A 11 *ἐπεὶ δὲ δὴ σύνδενδρον ἦλθεν εἰς ὕλην*
12 *κέρατα θάμνοις ἐμπλακεὶς ἐθηρεύθη*
13 *καὶ ταῦτ' ἔφη· δύστηνος ὡς διεψεύσθην·*
14 *οἱ γὰρ πόδες μ' ἔσωζον οἷς ἐπηδούμην,*
15 *τὰ κέρατα δὲ προὔδωκεν οἷς ἐγαυρούμην.*

Π_2 (1) *τὸν δ' οἱ πόδες μὲν οἷς τὸ πρόσθεν ἠθύμει*
(2) *διέσωζον· ὡς δ' ἦλθεν εἰς μέσας ὕλας*
(3) *ὄζοις τὰ κέρατα συμπλακεὶς ἐθηρεύθη.*
(4) *προὔδωκε(ν) δ' αὐτὸν οἷς ἄγαν πεπιστεύκει.*

quae **Π_2** exhibet grammatici cuiusdam (non grammatistae) exercitationes sapiunt qui vulgatis artis rhetoricae artificiis usus Babrii sermonem contraxit, directam cervi orationem abstulit (v. 13), argumentum *κατὰ ἀφήγησιν* digessit (cf. Hermog. Progymn. p. 2, 11 sqq. Rabe), materiam aliter disposuit (**Π_2** 1 ~ A 14,

Π_2 2 ~ A 11, Π_2 3 ~ A 12, Π_2 4 ~ A 15), synonyma plerumque faciliora adhibuit: *ἐπεὶ δὲ δὴ* / *ὡς δὲ*, *σύνδενδρον* ... *εἰς ὕλην* / *εἰς μέσας ὕλας* (respexit Prol. I v. 8 quem Π_4 omisit), *θάμνοις* / *ὄζοις*, *ἐμπλακεὶς* / *συμπλακεὶς*, *ἔσωζον* / *διέσωζον*, *οἷς ἐπηδούμην* / *οἷς* ... *ἠθύμει*, *οἷς ἐγαυρούμην* / *οἷς ἄγαν πεπιστεύκει* (cf. **Ba Bb** ad loc.: *οἷς ἐκαυχώμην*, aliud synonymon). verborum quoque ordinem hic illic immutavit: cf. *κέρατα θάμνοις* / *ὄζοις τὰ κέρατα*, *πόδες* ... *ἔσωζον οἷς* ... / *πόδες* ... *οἷς* ... *διέσωζον*, *δὲ προὔδωκεν οἷς* / *προὔδωκεν δὲ οἷς*. metri vitium Π_2 2 *δ' ἦλθεν* pro e. g. *δ' ⟨ἐπ⟩ῆλθεν* nescio an discipulo scribenti tribuendum sit.

Habes igitur, ni fallor, in Π_2 saeculo tertio exarata clarum exemplum textus Babriani in scholis a grammaticis discipulisque ad verbum fere retractati. itaque etiam tabularum testimonium minoris quam codicis **A** habendum est.

In summa: papyri tabulaeque, ubi ab **A** discrepant, errores vel glossemata vel duplices lectiones exhibent. attamen, etsi mea quidem sententia nihil ad textum restituendum iuvant, maximi sunt momenti, quia corruptelas quasdam in **A G Ba** antiquas esse probant et lectiones in **A G** servatas, quas frustra editores plerique in dubium vocarunt (cf. locum insignem 11, 5), recta via ex antiqua Babrii editione fluxisse demonstrant. de epimythiis (epim.[1]) in papyris tabulisque servatis infra disseram.

4.5 De duplicibus lectionibus

Quo melius inspicias quot qualesque duplices lectiones metro pares, per synonymian plerumque ortae, Babrii textum in exercitationibus litterariis tritum inde a saeculo tertio inquinaverint, specimina potiora harum lectionum infra exscribenda curavi: quarum cum altera eligenda altera respuenda sit, hoc velim memores, semper fere in hac editione, prout supra demonstravi, lectionem codicis **A** antepositam esse. nam in re tam ancipiti satius erit antiquae saltem editionis Babrianae quam solus **A** exhibet lectiones restituisse: quam Babrius ipse lectionem adhibuerit, *σύνοικος* an *σύνευνος*, *κτείνουσι* an *κόπτουσι*, *ἐχαυνώθη* an *ἐτυφώθη*, vix quisquam iudicio nisus statuat.

Prol. I 10 *πέτρη* **A**, *πεύκη* Π_4
πεύκης **A**, *δάφνης* Π_4
3, 1 *εἰς ἔπαυλιν αἰπόλος κλείζων* **A**, *αἰγοβοσκὸς ἀνεκάλει κλείζων* **G** (**Ba**)
6, 5 *οὕτως ἱκέτευεν ἀσπαίρων* **A**, *ἱκέτευε προσδοκῶν πείσειν* **G**
6, 6 *ἢ πόσου με πωλήσεις* **A G**, *ἢ τίν' ὦνον εὑρήσεις* Suid.
6, 13 *τοιαῦτα* **A**, *τοσαῦτα* **G** (cf. 9, 8)
9, 6 *ἔλαβεν ἰχθύας πλείστους* **A**, *εἷλκεν ἰχθύων πλήρη* **G** (cf. 61, 2 adn. ad loc.)
9, 8 *τοσαῦτα* **A**, *τοιαῦτα* **G** (cf. 6, 13)
10, 1 *αἰσχρᾶς* **A G** Suidae cod. V, *σαπρᾶς* Suidae codd. cett.
10, 1 *κακορρύπου* **A**, *κακοτρόπου* **G** Suid. **Ba**
11, 8 *κόπον* **A**, *πόνον* **G** (cf. 29, 6 infra)

12, 12 / 15 *σύσκηνος ἡμῖν καὶ φίλη κατοικήσεις* **A G V**, *ὁμώροφόν μοι δῶμα καὶ στέγην οἴκει* **A G V**
12, 16 *νυκτὸς ἔννυχος στίβη* **A**, *νῶτον ἔνδροσος κοίτη* **G V** (cf. 32, 8 infra)
13, 4 *καὶ πελαργὸς ἡλώκει* **A G**, *καὶ πελαργὸν εἰλήφει* **Ba**
13, 6 *σημαίνει* **A** mg., **G**, *δεικνύει* **A** in textu (cf. 39, 4)
16, 2 *παῦσαι* **A**, *σίγα* Π_3 (cf. 52, 6; 114, 6 adn. ad locc.)
16, 7 *νωθραῖς* **A**, *ψυχραῖς* Π_3
16, 7 *παρεδρεύσας* **A**, *ἐνεδρεύσας* Π_3
16, 8 *σύνοικος* **A**, *σύνευνος* Π_3 (cf. 64, 4 infra et 116, 11)
16, 9 *ὥσπερ* **A**, *ὡς πρὶν* Π_3
17, 2 *ὡς θύλακός τις* **A G**, *κορῦκος οἷα* Π_3 (cf. 103, 3)
17, 5 *ἰδών* **A** Π_3, *ὁρῶν* **G**
18, 16 *ῥέζων* **A**, *πράττων* Georgides
19, 6 *κάμνουσα κτλ.* (= 1 v.) **A G**, *ὡς δ' οὐκ . . . αἰώρας* (2 vv.) Suid., v. supra
21, 7 *κτείνουσι* **A**, *κόπτουσι* **V**
22, 13 *φάσκει δ' ὁ μῦθος τοῦτο πᾶσιν ἀνθρώποις* **A**
Αἴσωπος οὖν τὸν μῦθον εἶπε δηλώσας **G**
25, 5 *ἦσαν* **A**, *ἦλθον* Suid.
27, 5 *πάσας* **A V**, *πλείστας* **G** (cf. 117, 8)
29, 6 *εἰς πόνους* **A**, *ἐν κόποις* **Ba Bb** (cf. 11, 8)
32, 8 *κλίνης* **A**, *κοίτης* Suid. (cf. 12, 16)
33, 5 *ὄλεθρος* **A**, *ὀρύκται* **V**
33, 9 *λαβεῖν* **A**, *βαλεῖν* **V**1)
34, 2 *οἰνάσιν* **A G**, *οἰνάροις* Suid.
34, 2 *κατεστρώκει* **A**, *ἐπεστρώκει* **G**, *ὑπεστρώκει* Suid.
35, 5 *τὸν δ' ὡς περισσὸν καὶ μάταιον* **A**, *τὸν δ' ἐξελαύνει χὼς περισσὸν* **G** (cf. adn. ad loc.)
38, 2 *ἐνεῖραν* **A**, *ἐναφῆκαν* Suid. (= Zon., Lex. Vind.)
43, 5 *ἄγαν ηὔχει* **A**, *ἐκαυχᾶτο* Π_2 (cf. adn. ad 14, 1; 114, 1 et fr. 14, 1)
43, 6 *τὰ γαῦρα πημαίνει* **A**, *τὰ γῆς ἐποπτεύει* Suid., *τ' ἄδικ' ἐποπτεύει* Suid. (v. supra cap. 4.3)
43, 15 *ἐγαυρούμην* **A**, *ἐκαυχώμην* **Ba (Bb)**
46, 7–8 *κατεσκλήκει* **A**, *ὑπεξήει* **G**
50, 8 *καταδέδυκεν* **A**, *εἰσδέδυκεν* **G**
50, 15/15a *ζωαγρίους μοι χάριτας, εἶπεν, ὀφλήσεις* **A G**
ἐρρυσάμην σε, φησίν, ἀλλά μου μνήσκου **A G**
50, 16 *πῶς οὐκ ἄν, εἶπεν, ὧν γε μάρτυς εἱστήκειν* **A**
ἑώρακα, φησίν, ἠκροασάμην πάντα **G (Ba)**
52, 5 *κρώζεις* **A**, *κράζεις* **Ba (Bb)**
57, 4 *τῶν ὤνων* **A**, *τοῦ φόρτου* **Ba** (cf. 7, 5)
58, 1 *συλλέξας* **A**, *συγκλείσας* **Ba**
60, 4 *πέπλησμαι* **A**, *ἀπέλαυσα* **G**2)
64, 4 *σύνοικος* **A**, *σύσκηνος* **G** (cf. 12, 12)
64, 5 *μελάθρων* **A**, *ναῶν* **G Ba**
65, 1 *ἤριζε τεφρῇ . . .* (= 1 v.) **A**, *Λίβυσσα γέρανος . . .* (= 2 vv.) Suid., v. cap. 4.3
67, 2 *κρείσσων* **A**, *θάσσων* **G** (cf. 69, 4)
71, 8 *πάντες ὧν ἐγὼ μέση κεῖμαι* **A**, *καὶ χειμῶνες ὧν μέση κεῖμαι* **G**
71, 10 *ἠπιωτέρην* **A**, *ἡμερωτέρην* **G Ba**
74, 5 *παρετίθει* **A**, *μετεδίδου* **G**
74, 7 *γὰρ αὐτῷ* **A**, *δὲ τούτῳ* **G**
74, 13 *ὄλβον* **A G**, *πλοῦτον* **Ba (Bb)**

---

1) *λαβ-* pro *βαλ-* error est in codd. tritus (cf. e. g. N. T. codd.).
2) Cf. Ps. Dosith. 16, 10 (ed. Hausr.): *ταύτης ἀπόλαυε τῆς τροφῆς.*

74, 15 *Βράγχε, πᾶς ὁ γηράσας* A, *πᾶς ἀνήρ γε γηράσκων* G Ba (Bb)
77, 6 *θηρίων* A, *ὀρνέων* Ba (Bb)
77, 11 *εἶπεν* A, *φησίν* V (cf. 78, 4 infra)
78, 1 *εἶπε* A, *ἔλεγε* Π_2 (cf. 117, 2 infra)
78, 4 *φησί* A, *εἶπε* Π_2
78, 5 *τίνος* A, *ποῖος* Π_2
80, 4 *ἄνευ γέλωτος μήτι κἂν χορῷ παίζειν* A
μὴ καταγέλαστον μήτι πυρρίχην παίζειν Suid.
82, 7 *κνίσῃ* A, *δάκῃ* Suid.
82, 8 *ἐπ' ἐμὲ τὴν ὁδὸν τρίβειν* A (cf. adn. ad loc.), *τὴν ἐμὴν καταισχύνειν* Suid.[1])
83, 1 *ἡμέραν* A, *ἑσπέραν* V Ba (Bb)
83, 2 *ἔτριβεν* A Ba (Bb), *ἔψηχεν* V
84, 3 *σαίνω* A, *κλίνω* campso (= *κάμπτω*) PsDosith.
85, 15 *ἔνιοι* A, *ἕτεροι* Suid.
86, 10 *εἰσῄεις* A, *εἰσῆλθες* Ba (Bb)
88, 15 *δώσειν* A, *πέμπειν* V
88, 18 *ἀλλαχοῦ* AV, *ἐκ τόπων* Suid. (cf. cap. 4.3)
88, 19 *αὐτῷ* A V, *ἁμᾷ* Suid.
91, 3 *χωρὶς* A, *ἐκτὸς* Π_2
91, 5 *ἐκκλίνω* A m. pr. in mg., *ἐκφεύγω* Π_2 [2])
92, 5 *φωλεύει* A, *κοιτάζει* Ba (Bb)
94, 8 *στόματος* A Ba (Bb), *φάρυγος* Suid. (cf. 94, 1)
95, 36 *ἐχαυνώθη* A, *ἐτυφώθη* Ba Mb (cf. 101, 6)
95, 61 *ὦ στύγημα* A, *ὦ κάθαρμα* Ba
95, 61 *χαιρήσεις* A, *χειρώσῃ* Ba
95, 91 *σάρκας* A, *ἔγκατα* Suid.
96, 3 *πρίων* A Suid., *τρίζων* Ba (Bb), cf. N. T. Marc. 9, 18
103, 3–4 *ὡς νόσῳ κάμνων / ἔκειτο δολίως* A, *οἷά τις νούσῳ / κάμνων ἐβέβλητ'* Suid.
104, 6 *σεμνύνῃ* A, *φαντάζῃ* Ba (Bb)
108, 28 *τοιαῦτα* A, *τοσαῦτα* Ba (v. supra 6, 13)
108, 28 *δειπνῶν* A, *πεινῶν* Ba (cf. adn. ad loc.)
109, 4 *ποιήσω* A, *ζηλώσω* Ba
110, 4 *ἄρασα* A, *σαίνουσα* Π_1
111, 20 *ἦλθε* A, *ἦγε* Ba (Bb)
114, 7 *οὐκ ἀποθνήσκει* A, *οὔποτ' ἐκλείπει* V Ba Bb
116, 9 *ὁπουστί* A, *ἐφευρεῖν* V
117, 2 *ἔλεγε(ν)* A V Ba, *εἶπεν* Π_2 (cf. 78, 1 supra)
117, 8 *πλείους* A, *πάντας* V, *ἄλλους* Π_2
117, 9 *παίων* A V Ba, *νύξας* Π_2 (cf. adn. ad 20, 7)
118, 1 *ξουθή* A Π_1, *ξένη* Ba
119, 7 *σκαιός τις* A, *στρεβλός τις* Ba
137, 3 *ὡρμήθη* Ba, *ᾠήθη* Π_2 (A deest)
140, 7 *πυρὸν* PsDosith. cod. Leid., *σῖτον* PsDosith. cod. Paris. (A deest)
140, 8 *ηὔλεις* Ba, *ᾖσας* PsDosith. cod. Leid., *ᾄδεις* PsDosith. cod. Paris. (A deest)

Haec omnia attentius intuentibus patet has duplices lectiones plerumque aut explicandi aut aemulandi gratia ortas esse: aliae enim ad gracilem, immo demissum stilum spectant (cf. 3, 1 G Ba; 22, 13 G; 50, 15a A G; 50, 16a G Ba etc.), aliae exornandi quandam affectationem produnt

1) Suidae hemistichium e duplici lectione ad superiorem versum apposita ortum putes: *τὴν δορὴν κνίσῃ φεύγων / τὴν δορὴν καταισχύνῃ.*
2) Cf. E. Chambry, adn. ad metaphr. Ca Ch al., lin. 14 ap. Cham. I p. 43.

qua Babrius abstinuit (cf. 12, 16 G V; 19, 6ab Suid.; 61, 5 Suid. etc.). mediam viam inter extremas tenet codex A qui locis supra memoratis nec demissa exhibet nec nimis exornata: hanc viam Babrium ipsum ingressum esse constat quippe qui dulcem et candidum dicendi genus adhibuerit, graciliora autem fugerit et obscuriora.[1])

Addam nunc peculiares quasdam duplices lectiones quae, cum in papyris, Hermeneumatis, codicibus et Suidae *Μυθικοῖς* occurrant, Babrii fabulas in ludis litterariis diu lectitatas esse confirmant (cf. e. g. Quint. Inst. Or. 1, 4, 22 ... *nomina declinare et verba in primis pueri sciant*):

11, 1 *κήπων* A, *κήπου* Π_3
24, 4 *παιάνων* A, *παιᾶνος* Suid.
24, 5 *φροντίδων* A, *φροντίδος* Suid.
77, 4 *ὀξέη γλήνη* A, *ὀξεῖαι γλῆναι* V
84, 4 *ποταμίας ἐπ' αἰγείρου* A, *ποταμίοις ἐν αἰγείροις* PsDosith.
86, 2 *αἰπόλου* A, *αἰπόλων* Suid. (cf. adn. ad loc.)
88, 3 *κόμῃ* A (cf. 3, 3), *κόμαις* V
et
19, 6 *ψαύειν* A, *ψαῦσαι* G
21, 9 *ἔσται* A, *ἔστι* V
33, 16 *ᾔτει* A, *αἰτεῖ* V
33, 18 *ἔδωκεν* A, *δέδωκεν* V
34, 1 *θύων* A, *θύσας* G Suid.
50, 9 *νεύων* A, *νεύσας* G
74, 4 *παρῆγεν* A, *παρήγαγ'* G (cf. adn. ad loc.)
74, 15 *γηράσας* A, *γηράσκων* G (Ba)
92, 8 *συγκρούων* A, *συγκρούσας* Suid.
111, 20 *βαστάσας* A, *βαστάζων* Ba (Bb)
etc.

4.6 De dodecasyllabis

Codices G V ad idem exemplar redire (β) dodecasyllabis[2]) byzantinis hic illic corruptum iam supra demonstravi. addidi etiam quod multo plures codex V dodecasyllabos exhibet quam codex G: quo probatur codices qui a ramo β quem vocavi originem duxerunt gradatim magis magisque a genuina textus Babriani traditione discessisse. codex A autem ne unum quidem certum dodecasyllabi exemplum exhibet: quod iterum confirmat saniorem in eo, a byzantinis quidem librariis fere incorruptam, Babrii editionem servatam esse.

1) Cf. Babrii prologos I 18, II 10sqq. et ASNP 1975, 51sqq.
2) Hoc nomine strictiore sensu versus byzantini designantur quales inde a saeculo X exeunte in usum venerunt, numero tantum syllabarum, caesuris et accentu acuto in paenultima versus syllaba posito conspicui, ad genus versuum „politicorum“ qui dicuntur spectantes (schemata: xxx́x́ xxxxx́x vel xxxxx́x(́) xxx́x). alii diversique sunt duodecim syllabarum trimetri iambici apud Byzantinos usitati (vide quae attuli in JÖB 33, 1983, adn. 108).

Loci potissimi quibus dodecasyllabi in codice G deprehenduntur hi sunt:

20, 5 G *θεῶν ἐκείνῳ ὡς πολλὰ δυναμένῳ* (id. V, v. supra)
29, 3 G *καὶ δὴ στενάξας μέγα ἐκ βάθους εἶπεν·*
ἐκ δρόμων οἵων εἶχον πρῶτον ἀλγήσας (*ἀργ-* G), ubi byzantinus diasceuasta unum Babrii versum in duos dodecasyllabos dilatavit.

diasceuasta plerumque solum hemistichium alterum immutavit ut fieret xxxxx́x, vel solum hemistichium prius, ut esset xxx́xx́:

22, 6 *ἡ νεᾶνις ἐζήτει* A, *ἡ νέα ἐπεζήτει* G (vocem difficiliorem *νεᾶνις* vitavit)
39, 4 *μαχομένων ὁμηρεύοι* A, *τῶν ἄλλων ὁμηρεύοι* G
52, 6 *φερομένη σιωπώντων* A, *ἑλκομένη σιγώντων* G
60, 4 *καιρός ἐστί μοι θνήσκειν* A, *καιρός ἐστι θανάτου* G
64, 5 *στέγη τε μελάθρων* A, *στέγη τε ναῶν* G (Ba)
74, 17 *καὶ ξένοισιν οὐ χαίρει* A, *καὶ ξένοις οὐ συγχαίρει* G (formam difficiliorem *ξένοισιν* vitavit)
qui dodecasyllabum 29, 3 G concinnavit, byzantini fabularum metaphrastae (v. cap. 4.8) stilum imitatus esse videtur: cf. e. g.
Mb 198 ap. Cham. I p. 62 *μέγα στενάξας κὠλολύξας ἐκ βάθους*
Mb 106 ibid. p. 214 *ὁ δὲ στενάξας ἐκ βάθους τῆς καρδίας*
Mb 86 ap. Cham. II p. 269 *ἡ στενάξασα ἐκ βάθους τῆς καρδίας*[1])

uno tantum loco in G primum fabulae versum (ideoque etiam primam fabulae litteram) a metaphrasta vitiatum esse constat:

142, 1 *αἱ δρῦς ποτ' εἰς πρόσωπον Ζηνὸς ἐλθοῦσαι* (cf. adn. ad loc.).
cum fabula haec a littera *α* etiam in Ba incipiat, hanc corruptelam iam in *β* exstitisse iure censeas (v. infra cap. 4.7).

His omnibus perpensis nihil est cur mireris, cum Babrii choliambi pro dodecasyllabis habiti sint, etiam trimetros rectos duodecim syllabis inclusos, accentu acuto in paenultima versus syllaba praeditos, hic illic in G inter Babrii choliambos irrepsisse; huc pertinent, puta,

5, 1 G qui in v. exitu habet *τῶν ἀγρίων* pro *Ταναγραίων*
74, 16 G qui in v. exitu exhibet *βλέπει* pro *σαίνει*
35, 5 G ubi variam lectionem, fortasse antiquam, legimus:
τὸν δ' ἐξελαύνει χὠς περισσὸν ἐκτρέπει

In codice V, si exempla veluti fabulas 55 vel 129 excipias penitus byzantinis dodecasyllabis inquinata, dodecasyllabi saepius passim inveniuntur: cf. e. g.

---

1) Cf. Sym. Iun. Theol. (saec. X ex.), Hymn. 3, 10 (ed. Kambylis): *στέναζε ἀεὶ ἐκ βάθους τῆς καρδίας*. adde exempla trimetris iambicis byzantinis inclusa: G. Pisid. Exp. Pers. 3, 120 (Pertusi): *ἐστέναξεν ἐκ βάθους*, Theod. Diac. De Creta capta 363 (Criscuolo): *στενάξας ἐκ βάθους*. iunctura haec saepius in politicis versibus poematis epici byzantini quod Digenes Acrites inscribitur (saec. X/XI) occurrit, cf. recensionem Cryptensem (ed. Maurogordato) IV 1051 *ἐκ βάθους ἀναστέναξε*, V 65 *στενάξασα ἐκ βάθους*, VIII 63 *στενάξας ἐκ β.* etc.

12, 22 V ἄνδρα καὶ πόλιν μετ' Ἀθηνᾶς ἐκφεύγω
68, 5–6 V λαχὼν δε Φοῖβος τὸ τόξον ἐγκυκλώσας (diasceuasta binos Babrii versus in dodecasyllabum contraxit)
114, 4 V ἀνέμου δὲ πνεύσαντος εὐθὺς ἐσβέσθη
116, 5 V τὸν ἄνδρα αὐτῆς εὕδοντα ἐκλιποῦσα
131, 5 V πρὸ εἴαρος γὰρ λιποῦσα κάτω Θήβας
132, 3 V θυσία γὰρ ἦν τις ἑορτῆς κατὰ τύχην

Sed, quod maximi momenti videtur, byzantinus diasceuasta fabularum initia plerumque dodecasyllabis deturpavit ut prima fabularum verba vel personarum vel rerum notabilium nomina exhiberent: quo factum est ut prior fabulae littera in V saepius immutata esset (v. infra cap. 4.7): cum tamen, ubi quidem codicum G Ba testimonium praesto est, G Ba non ab eadem littera ac V incipiant (cf. fabulae 12 initium), dodecasyllabi quibus in V fabularum initia retractata sunt ad *β* certe non redeunt sed multo quidem recentioris diasceuastae sunt opus. dodecasyllabi hice sunt:

12, 1 V χελιδὼν ἀγροῦ μακρὰν ἐξεπωτήθη
33, 1 V Πλειάδος δυσμαὶ ἦσαν σπόρου ἐν ὥρῃ
55, 1 V ὄνον τις ἔχων καὶ τῷ βοΐ συζεύξας
83, 1 V ἵππον τις κριθὰς πᾶσαν ἑσπέραν πίνων
130, 1 V ἀλώπηξ πάγης οὐκ ἄπωθεν ἑστῶσα

Plerosque dodecasyllabos quos V exhibet recentioris quidem metaphrastae opus esse neque ex fonte *β* manavisse demonstrant versus veluti, puta,

12, 18 quem G corruptum exhibet ἄγε δει πέρσαι τὴν σοφὴ οὖσαν μήνυσον, recentissimus autem diasceuasta in dodecasyllabum concinnandum curavit: ἄγε μήνυσον σαυτὴν σοφὴ περ οὖσα V
27, 2 ubi G eundem fere textum atque A transcripsit, V autem dodecasyllabum habet: ἔπνιγε βαλὼν ὑδάτων συνεχεῖα.

Quae cum ita sint, cum multa quidem penitusque in Babrii textu immutata V exhibeat, vides quam valde cavendum sit ne diasceuastae verba potius quam Babrii ipsius in fabulis quas V solus servat restituas (cf. in primis fabulas vexatissimas 126, 128, 129, 134 et initium fabulae 127). si, puta, ad fabulam 55 edendam solus V nobis praesto fuisset, nullo pacto Babrii verba restitui potuerunt (v. cap. 4.1 supra, sub fin.).

4.7 De fabularum ordine alphabetico

Babrii fabulae in codicibus A G et in collectione Bodleiana (Ba) *κατὰ στοιχεῖον* dispositae sunt (v. supra capp. 3.1, 2, 9–10). attamen alter est fabularum ordo in A, prima tantum littera respecta concinnatus, alter in Ba, ut tabula supra (cap. 3.10) allata demonstrat. Elinor Husselman

in commentatione supra laudata, A lost manuscript . . . 121, eundem in codicibus **G Ba** ordinem fabularum agnovit: quod tabulas supra allatas conferenti (cap. 3.2 et 3.10) facile cuivis apparebit. sed qua ratione ab ordine Athoano fons codicum **G Ba** (= *β*) discessisset, Husselman non indagavit. hanc igitur viam mecum ingrediaris velim, quo melius textus Babriani vices medii quod vocatur aevi temporibus comperias.

Si accuratius fabularum **Ba** congruentiam cum Athoanis inspexeris, his mecum consenties:

(1) qui *β* concinnavit Babrii fabulas ad strictiorem ordinem alphabeticum conformavit et non solum primam uniuscuiusque fabulae Babrianae litteram sed tres primas litteras respexisse videtur.

(2) qui Bodleianam conlectionem (**Ba**) composuit semper religiose primam litteram, immo plerumque primum verbum fabularum, quarum argumenta retractavit, servare conatus est.

Cum **G**, ut supra dixi, eundem fabularum Babrianarum ordinem exhibeat atque **Ba**, ex duabus tabulis supra allatis (cap. 3.2 et 3.10) unam licet conflare, tribus primis litteris unius cuiusque fabulae Athoanae (**A**) praemissis. litterae quoque initiales fabularum **Ba** notantur et in tabulae margine fabulae adduntur quas **Ba** vel **G** vel **Ba G** exhibent, codex Athous autem non testatur.

A		**Ba**		**G**	
16	*αγϱ*	1	*α*	–	
12	*αγϱ*	2	*α*	1	**Ba** 3 *αἶγα*
3	*αιγ*	4	*α*	2	**Ba** 5 **G** 4 (= Babr. 142) *αἱ δρῦς*
17	*αιλ*	–		3	
10	*αισ*	6	*α*	5	
5	*αλε*	7	*α*	6	
4	*αλι*	8	*α*	–	
6	*αλι*	–		7[1])	
9	*αλι*	–		8	
11	*αλω*	9	*α*	9	
15	*ανη*	10	*α*	–	
2	*ανη*	–		–	
1	*ανϑ*	11	*α*	10[2])	
7	*ανϑ*	12	*α*	–	
8	*αϱα*	–		–	
14	*αϱϰ*	13	*α*	–	
13	*αυλ*	14	*α*	11	
22	*βιο*	15*	*α*	12	
21	*βοε*	–		–	
20	*βοη*	–		13	
23	*βοη*	16	*β*	–	
18	*βοϱ*	17	*β*	–	

1) Exitus fabulae 7 **G** et titulus fabulae 8 **G** perierunt.
2) Fabulae 10 primum tantum versum **G** exhibet.

A		Ba		G		
19	βοτ	18	β	14		
32	γαλ	19	γ	–		
27	γαλ	–		15		
31	γαλ	20	γ	–		
24	γαμ	21	γ	–		
28	γεν	–		–		
26	γερ	–		–		
29	γερ	22	γ	16		**Ba** 23 *γεωργός*
30	γλυ	–		–		
25	γνω	101*	ο	–		
37	δαμ	24	δ	–		
39	δελ	–		17		
34	δημ	–		18		
41	δια	–		–		
40	διε	25	δ	–		**Ba** 26 *διά*
42	διπ*	27	δ	–		
38	δρυ	28	δ	–		
36	δρυ	29	δ	–		
33	δυσ	–		–		
35	δυω	30	δ	19		
53	εἰς	31	ε	–		
52	εἰς	32	ε	20		
49	εκα	33	ε	–		
43	ελα	34	ε	–		
46	ελα	–		21		
55	ενα	–		–		
44	ενε	36	ε	–		
45	ενι	37	ε	–		
48	εν(ο	–		–		
47	εν(τ	38	ε	–		
51	εν(τ	39	ε	–		
57	ερμ	40	ε	–		
54	ευν	–		–		
56	ευτ	–		–		
50	εφε	41	ε	24		**Ba** 42 *ἔχιδναν*, **G** 22 *ἔχιν*
59	ζευ	43	ζ	–		
58	ζευ	44	ζ	–		
60	ζωμ	–		25		**Ba** 45 *ἡ χελιδών*
61	ηιε	–		23	ειη[1])	
62	ημι	46	η	–		
63	ἦν	–		–		
65	ηρι	47	η	–		
64	ηρι	48	η	26		**Ba** 49 *θέρους*
69	θαμ	–		–		
68	θεο	–		–		
66	θεω	50	θ	–		
70	θεω	51	θ	–		
67	θηρ	52	θ	27		
75	ιατ	53	ι	–		
71	ιδω	54	ι	28		
73	ικτ	55	ι	–		**Ba** 56 **G** 29 *ἴκτινος*

1) Litteris *ειη* (pro *ηιει*) falso incipit G

A		Ba		G	
76	*ιππ*	57	*ι*	—	
74	*ιππ*	58	*ι*	30	**G** 31 *ἵππος*
72	*ιρι*	59	*ι*	32 (hic **G** desinit)	
80	*καμ*	—			**Ba** 60 *καρύα*
81	*κερ*	—			
77	*κορ*	61	*κ*		**Ba** 62 *κόραξ*
78	*κορ*	63	*κ*		
86	*κοι*	64	*κ*		
82	*κοι*	65	*κ*		
88	*κορ*	—			
79	*κρε*	66	*κ*		
83	*κρι*	67	*κ*		
87	*κυω*	68	*κ*		**Ba** 69 *κύων*
84	*κων*	70	*κ*		
104	*λαθ*	71	*λ*		
91	*λεο*	72	*λ*		
103	*λεω*	73	*λ*		
90	*λεω*	74	*λ*		
95	*λεω*	75	*λ*		
98	*λεω*	76	*λ*		
107	*λεω*	77	*λ*		
102	*λεω*	78	*λ*		
106	*λεω*	—			
99	*λεο*	—			
92	*λεο*	79	*λ*		
93	*λυκ*	80	*λ*		
96	*λυκ*	81	*λ*		
89	*λυκ*	83	*λ*		
94	*λυκ*	84	*λ*		
105	*λυκ*	85	*λ*		
101	*λυκ*	—			
85	*λυκ*[1])	86	*λ*		**Ba** 87 *λέγουσι*
100	*λυκ*	—			**Ba** 88 *μόσχος*
113	*μαν*	89	*μ*		
114	*μεθ*	90	*μ*		
110	*μελ*	—			
109	*μή*	91	*μ*		
111	*μικ*	92	*μ*		**Ba** 93 *μίμηλον*
112	*μυς*	—			
108	*μυω*	94	*μ*		
117	*νεω*	95	*ν*		
116	*νυκ*	—			
115	*νωθ*	—			
118	*ξον*	96	*ξ*		
119	*ξυλ*	97	*ξ*		**Ba** 98–105, cf. tabulam cap. 3.10
122	*ονο*	106	*ο*		**Ba** 107–110, cf. tab. cap. 3.10
121	*ορν*	111	*ο*		
123	*ορν*	112	*ο*		
120	*ο(τε*	113	*ο*		

1) Quam ob rem certe paraphrasta *λύκοις ποτ' ἔχθρα καὶ κυσὶν συνειστήκει* legebat, non, ut in **A** legimus, *κυσίν ποτ' ἔχθρα καὶ λύκοις συνειστήκει*.

de exemplari β

Codex G, qui in littera ι alioqui desinit (v. supra), pauciores fabulas exhibet quam **Ba**; **Ba** fabulas continet quae in G desiderantur sed etiam in G fabulae leguntur quibus conlectio Bodleiana caret. ex Athoi codicis (**A**) fabulis quae in **Ba** G desiderantur nonnullas codex **V** exhibet, quem ex eodem fonte *β* fabulas Babrianas hausisse constat (v. supra cap. 4. 1–2): sunt fabb. 21, 28, 33, 55, 68, 88, 99, 101, 116. praeterea fabulam 54 **A** habet codex **Bd** qui, ut supra dixi (cap. 3.10 sub fin.) artissime cum **Ba** coniunctus est. quam ob rem verisimile videtur exemplar *β*, saeculi fere decimi (v. supra cap. 4.1 et 4.6), omnes Babrii fabulas continuisse ad accuratiorem strictioremque ordinem alphabeticum conformatas: fabularum 77 **A** (*κορ*), **Ba** 62 (*κορ*), 78 **A** (*κορ*), 86 **A** (*κοι*), 82 **A** (*κοι*), 88 **A** (*κορ*) ordo confusus facile mea quidem sententia unius folii inversione explicari potest (fuerit enim 86 – 82 – 77 – **Ba** 62 – 78 – 88 etc.). de 42 **A** (incipit *δεῖπνον*) falso *δίπνον* scriptum esse censeas. in codice G fabulae G 23 initium corruptum *εἴη* causa fuit cur fabula cuius litterae initiales sunt *ηιε* falso ante fabulam cuius initium est *εφε* transposita esset.

Qui hanc editionem *β* a byzantinis tritam concinnavit, fabulis Babrianis alias trimetris rectis inclusas immiscuit: fabulam **Ba** 3 olim trimetris conscriptam esse demonstrat Vita Aesopi W, cap. 3 p. 82, 1–2 Perry (vide supra adnotationem ad Georgidae sententiam *α* 2) et fabulae **Ba** 56 textum pristinum trimetris rectis inclusum opportune nobis restituit codex G.[1]) adde quod fabulam trimetris rectis conceptam[2]) (incipit *λύκος*) habet etiam codex **V** et quod epimythium fabulae cuiusdam iambicae servavit Georgides *τ* 4 (v. supra cap. 3.12) quem classis *β* codicem sub oculis habuisse demonstravi.

Byzantinus diasceuasta qui *β* composuit non solum *κατὰ στοιχεῖον* omnes fabulas iambicas quas quidem invenire potuit collegit, sed Babrii Prologos et omnia quae auctoris manum saperent (cf. locum insignem 74, 15 G unde *Βράγχος* nomen ablatum est, v. supra 4.2) abstulit: lemmata tantum *Βαβρίου* hic illic disposita in pristina huius editionis forma

1) Fabulam qualis in G exstat edidit E. Husselman, A lost Manuscript . . . 124. primos versus facili negotio sic restituas: *ἰοῦχον ἰκτῖνός* (*ἰκ. ἰοῦ.* G) *ποθ' ἁρπάσας ὄφιν / δι' ἠέρος* (*διηρῶς* G, correxi; *δικρῶς* falso leg. Husselm.) *ποτᾶτο* (*πετ-* G, correxi)· *τοῦ δ' ἐπιστραφεὶς / μηρὸν κακοῖς ὀδοῦσιν ἐκδακὼν ὄφις / ὠρέξατ' αὐτῷ δεινὸν ἐκ λαιμοῦ φόνον· / ὡς δὴ κατηνέχθησαν ἄμφω* ⟨*γ'*⟩ (supplevi) *εἰς χθόνα / σεσυρμένος* (*συρόμενος* G, correxi) *τάδ' εἶπεν ἑρπηστὴρ* (*-πιστὴς* G, correxi) *ὄφις / . . .*; quae sequuntur nimis sunt corrupta.

2) Fabulam edidit Chambry (II p. 359). pedes saepius soluti demonstrant hanc fabellam certe ante byzantinam aetatem ortam esse. etiam fabulam in G servatam, cum paroxytoneseos quae vocatur legi non omnino pareat (cf. *ἐπιστραφείς*) iam antiquitatis exeuntis temporibus exstitisse putaverim.

legisse videtur Georgides (cf. supra cap. 3.12 sub fin.): quae a librariis postea magis magisque neglecta esse facile putaveris. si codici G credamus, toti conlectioni inscriptio praemissa est *τῶν Αἰσώπου μύθων ἴαμβοι* (v. supra cap. 3.2). in fabularum conlectionis **Ba** initio verba leguntur quae P. Knoell[1]) pro Bodleiani corporis titulo habuit: *Αἴσωπος εὗρε τοῖς μύθοις πρᾶξιν βίου*. sed, quod Knoell non animadvertit, verba haec in trimetri byzantini formam concinnata sunt (cf. *μῦθοις*), quem verisimilius est primum versum fuisse prologi cuiusdam conlectioni fabularum praemissi: quod byzantini quidem facere soliti sunt ut trimetri dodecasyllabi a Georgida in capite Gnomologii appicti demonstrant (cf. An. Gr. I p. 1 Boiss.), vel trimetri duodecim syllabarum quos qui magnum fabularum corpus in G servatum composuit suo operi praefixit: *ἐρεῖτε οὖν μοι ἐντολῆς τι βελτίον, / ἐπιστήμη φρόνησις κάλλος ἢ κόπος* . . . (fol. 1r G). si res ita se habet, si quidem in Bodleianae conlectionis capite truncus Prologus byzantini cuiusdam editoris legitur, versus hic non ad Bodleianam spectat sed ad *β* ex quo fabularum argumenta diasceuasta Bodleianus desumpsit: etenim ante hunc dodecasyllabum, ut vetustior codex **Bb** (v. cap. 3.10) nobis testatur, titulus Bodleianae conlectionis proprius legebatur: *Ἀποφθέγματα Αἰσώπου πάνυ ὠφέλιμα*.

Fabularum Aesopicarum editionem byzantinam quam *β* vocavi non solum *Αἰσώπου μύθων ἰάμβους* continuisse sed etiam praeclaram illam conlectionem Augustanam (CFA I) et codex G et Georgides consentientes demonstrare videntur. de Georgidae epimythiis Augustanis iam supra disserui. in codice G Augustanae fabulae ante ipsam conlectionem iambicam exscriptae sunt (v. supra cap. 3.2). itaque qui *β* composuit fabularum Aesopicarum thesaurum in duas partes divisit: hic tritas apud Byzantinos Aesopi fabulas politicis qui dicuntur *ῥυθμοῖς*[2]) distinctas transcripsit, illic antiquas fabulas iambicas (Babrii aliorumque), non *rhythmis* sed *metris* compositas, quae, ut supra demonstravi (cf. cap. 4.1 et 4.6), iam in ipso *β* et in codice G versibus politicis dodecasyllabis inquinatae sunt.

Babrii aliorumque fabulas iambicas una cum Augustanis in *β* quem vocavi transcriptas esse gravissimae quaedam in fabulis Bodleianis interpolationes confirmare videntur: nam in paraphrasibus fabularum Babrianarum interdum quaedam adiecta vel immutata sunt quae solum si Augustanam conlectionem conferas explicari possunt (v. infra cap. 4.8).

---

1) Cf. Die Babrianischen Fabeln des Cod. Bodl., Wien 1876, 5: . . . Überschrift der Fabeln.

2) Cf. meam commentationem La datazione della Collectio Augustana di Esopo ed il verso politico delle origini, JÖB 33, 1983, 137–177.

In codice **V** qui ceteroqui, ut supra dixi (cap. 4.1 et 4.6), a fonte *β*, e quo manavit, longius remotus est, fabulae iambicae inter fabulas Augustanas et ex aliis fontibus haustas admixtae leguntur: fundamentum conlectionis **V** est corpus Augustanum (CFA I). Babrii fabulas ipsas, ex fonte *β* certe depromptas, tunc solum transcribendas curavit cum earum argumenta neque in Augustana neque in metaphrasibus in dodecasyllabos concinnatis (v. infra cap. 4.8) praesto erant. interdum immo Babrii paraphrases Bodleianas potius quam Babrii ipsius fabulas transcribere maluit.[1]) tota codicis **V** conlectio *κατὰ στοιχεῖον* digesta est: fabularum Babrianarum initia saepe contra metrum immutata sunt (v. supra cap. 4.6) ut in ipso uniuscuiusque fabulae limine rerum notabilium vel personarum nomina apparerent; quod non in ipso *β* sed postea factum esse et tabula modo allata demonstrat et fabulae 12, 1 **A G V Ba** testimonium aperte confirmat.

Initia in **V** immutata haec sunt:

fab. 12, 1	*ἀγροῦ* **A** *β*,	*χελιδὼν* **V**
28, 1	*γέννημα* **A** *β*,	*φρύνου* **V**
33, 1	*δυσμαὶ* **A** *β*,	*πλειάδος* **V**
55, 1	*ἕνα* **A** *β*,	*ὄνον* **V**
83, 1	*κριθὰς* **A** *β*,	*ἵππον* **V**
130, 1	*πάγης* (**A** *β* non exstant),	*ἀλώπηξ* **V**

uno loco 88, 1 fabulae initium in **V** variandi gratia ut videtur immutatum est: nam pro nota cassita maluit librarius primum fabulae versum minus notae avis nomine illustrare: *κορυδαλλὸς* **A**, *χαραδρεὸς* **V** (cf. etiam v. 2).

Quae cum ita sint, necesse est etiam de initio fabulae 131, 1 quale in **V** exstat valde dubites: incipit enim a littera *ν* et, ut **V** solet, personae nomine *νέος* (v. supra): si hanc lectionem serves (quod omnes quidem editores fecerunt), in littera *ν* codicis Athoi lacunam conicias oportet cuius alioqui ne minimum quidem exstat indicium. cum **V** saepe fabularum initia retractet, melius est usitatam in **V** variationem suspicari quam gravissimam quidem lacunam in apographo e quo diligentissimus codicis **A** librarius fabulas suas transcripsit (cf. meam adn. ad loc.).


In summa: **G** fabulas habet quae in **Ba** desiderantur, **Ba** fabulas habet quas **G** omisit. **G Ba** in hoc contra **V** faciunt, quod fabb. 21, 28, 33, 55, 68 neuter continet: quam ob rem eos, quippe qui multas quidem fabulas communes habeant, ex uno eodemque exemplari, quem *γ* vocavi, iure pendere censeas. in exemplari *γ* sicut in *β* *μύθων ἴαμβοι* ab Augustana (CFA I) distincti erant: in **V** autem fabulis Augustanis fabulae iambicae admixtae sunt. **V** fabulas aliquot e conlectione Bodleiana desumpsit (v. supra). librarius codicis **G**, qui in Italia inferiore medio fere saeculo

---

1) V. supra cap. de **V** (3.3) sub fin. quod ad lectiones attinet, **V** (i. e. **Mb**) cum **Ba** potius quam cum **Bb** facit, perraro lectiones singulares exhibet.

undecimo (cf. cap. 3.2) ex apographo generis γ fabulas iambicas transcripsit, exemplari usus est misere hic illic foedato ac paene dilapso, ut gravissimae quaedam lacunae in ipso **G** demonstrant (v. e. g. exitum fabulae 6, initium fabulae 13 etc., v. supra). codicis **G** ἴαμβοι ex improviso in littera ι desinunt (cf. adn. ad 72, 8), **Ba** autem usque ad litteram ω pergit.

Si omnium quaestionum quas hucusque tractavi summam facias, codicum **G Ba V** stemma quod supra solam errorum rationem spectans depinxi, hac fere imagine mutatum magis idoneum censeas:



Nunc, priusquam hoc caput de fabularum ordine concludam, tres quaestiones ad fabularum initia alphabetica pertinentes attente mecum perpendas velim:

(a) *editionis β ordo alphabeticus fabularum* **Ba G** *initia interdum vitiata esse demonstrat.*

Si vero nulla est causa cur Athoum codicem in litteris quae exstant (α—ν) mutilum credamus, cum diasceuastam Bodleianum (**Ba**) semper initialem litteram fabularum quas retractavit servavisse constet (v. tabulam supra allatam), necesse est fabulas quae in **Ba** a litteris α—ν incipiunt et in Babrii editione **A** desiderantur, non ad Babrii μυθιάμβους sed ad aliorum ἰάμβους pertinere credas (v. infra): vel, si ad Babrium spectent, eorum initia vitiata esse. quod certe mea quidem sententia de fabulis **Ba** 5 **G** 4 (incipit αἱ δρῦς) et **Ba** 42 **G** 22 (incipit ἔχιν) censendum est.

De **Ba** 5 **G** 4: quod iam supra demonstravi (cf. cap. 4.6), primus in **G** versus non choliambi formam habet sed dodecasyllabi a metaphrasta concinnati. Byzantino magistello difficultatem attulit verbum φηγοί quod in fabulae initio exstitisse credo (v. meam adn. ad fab. 142, 1). pro φηγοί byzantinum quendam αἱ δρῦς scripsisse his demonstratur: (1) cf. Babr. 86, 1 κοίλωμα ῥίζης φηγὸς εἶχεν ἀρχαίη; paraphrasta Bodleianus haec scripsit κοιλώματι δρυὸς στενωτάτῳ neque ut apparet verbum φηγός servavit. (2) in omnibus fere lexicis byzantinis ab Hesychio usque ad Etymol. Magnum lemma φηγός occurrit verbo ἡ δρῦς explicatum: cf. e. g. Hesych. Lex. p. 238, 37 Schn. s. v. φηγός· ἡ δρῦς; Phot. Lex. s. v. φηγός· δρῦς; Suid. s. v. φηγός· δρῦς (v. Adler, adn. ad loc.); Etymol. M. 791, 23 (= Phot. Suid.); vide

etiam Eustath. 515, 43 v. d. Valk *ταῖς Ἰδαίαις φηγοῖς ὅ ἐστι δρυσίν* (interpretatio haec passim in Scholiis Homericis reperitur, cf. *Σχ* D ad Il. 5, 693, *Σχ* T ad Il. 5, 693 et 7, 60). (3) adde quod in hac fabula de quercubus et de Iove agitur et Babrius certe locos Homericos respexit veluti Il. 5, 693 *ὑπ' αἰγιόχοιο Διὸς περικαλλεῖ φηγῷ* et Il. 7, 60 *φηγῷ ἐφ' ὑψηλῇ πατρὸς Διὸς αἰγιόχοιο*.

De **Ba** 42 **G** 22: Babrii fabulam 143 non a verbo *ἔχιν* (ut in **G**) sed ab *ὄφιν* initium duxisse haec mihi demonstrare videntur: (1) fabulae titulus in **G** praemissus est *περὶ ὄφεος*. titulos una cum fabulis e fonte suo librarium exscripsisse lacunae demonstrant quae eos una cum fabulis deturpant (cf. supra cap. 3.2). (2) huius fabulae paraphrasin opportune exhibet collectio Augustana[1]) (CFA 62 I) cuius in exitu fabulae Babrianae choliambus servatus est: *δίκαια πάσχω τὸν πονηρὸν οἰκτείρας*. confer nunc sis fabulae initium in **G**, in **Ba** et in CFA I: **G** *ἔχιν γεωργὸς ἐκπνέοντ' ὑπὸ ψύχους / λαβὼν ἔθαλπεν* . . ., **Ba** *ἔχιδναν ἐκ τοῦ ψύχους ἐκπνέουσαν ἤδη, γεωργὸς εὑρὼν ἐν τῷ κόλπῳ ἔθαλψεν* . . ., CFA I *γεωργὸς ὄφιν εὑρὼν ὑπὸ κρύους πεπηγότα . . . λαβὼν ὑπὸ κόλπον ἔθετο* . . . fabularum ordo alphabeticus demonstrat initium *ἔχιν* vix sanum iam in *β* exstitisse: lectio haec utrum errore orta sit (solumne [. .]*ιν* legebat?) an contaminatione cum persimili fabula Augustana CFA 186 I (*ὁδοιπόρος καὶ ἔχις*) diiudicare non licet.[2])

Fabulae **G** 31 initium *ἵππος κτλ.* facili negotio sanabis si alterum fabulae versum primo praemiseris: (1) *τίκτει κτλ.* / (2) *ἵππος κτλ.* diasceuasta maluit in fabulae initio animalis nomen ponere (v. supra), quod saepissime in fabulis Aesopeis accidit.

(b) *comparatio ordinis alphabetici* **Ba** *cum ordine alphabetico β demonstrat paraphrastam Bodleianum aliquando non Babrium ipsum respexisse sed Babrii metaphrasin byzantinam classis* **C** (*v. infra*).

Paraphrastam Bodleianum religiose uniuscuiusque fabulae quam retractavit primam litteram servavisse tabula supra allata demonstrat: duobus tamen locis (**Ba** 15 et **Ba** 101) fabularum initia alphabetica in **A** *β* et in **Ba** discrepant: **Ba** 15 a littera *α* incipit, Babrii fabula autem (**A** 22 = **G** 12, ideoque **A** *β*) a littera *β*. **Ba** 101 a littera *ο* incipit, Babrii fabula autem (**A** 25, **G** deest) a littera *γ* (quam etiam Π_1 testatur).

Fabula **Ba** 15 in exitu locutionem exhibet *καὶ ὄνειδος ἁπάντων* cuius nullum vestigium apud Babrium (**A G**) invenias. attamen byzantina metaphrasis dodecasyllabis inclusa quam Chambry I p. 121 e codicibus **Ca Cb** edidit[3]), in hoc versu dodecasyllabo desinit: *γελοῖον ὁμοῦ καὶ ὄνειδος ἁπάντων*[4]), ideoque dodecasyllabi

---

1) CFA I interdum fabularum Babrianarum paraphrases exhibet: cf. CFA 11 I et Babr. 9 (diasceuasta Augustanus perraram vocem *ἡδυφωνία* servavit); CFA 18 I et Babr. 6 (cf. *ὕστερόν με συλλήψῃ* Babr. ~ *ὕστερον δὲ . . . συλλαβεῖν* CFA I); CFA 24 I et Babr. 86 (*γαστὴρ δ' . . . ὠγκώθη* Babr. ~ *ἐξογκωθεῖσα τὴν γαστέρα* CFA I); CFA 50 I et Babr. 32 (cf. *γαλῇ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθείσῃ* Babr. ~ *γαλῇ ἐρασθεῖσα νεανίσκου εὐπρεποῦς* CFA I); CFA 140 I et Babr. 84 (cf. *κώνωψ ἐπιστὰς κέρατι . . . ταύρου* Babr. = CFA I); CFA 177 I et Babr. 60, etc.

2) Cum geminae in CFA I fabulae exstant, alterutram e Babrio pendere vel propius quidem ad Babrium accedere plerumque demonstrari potest: cf. CFA 16 I et 160 I (~ Babr. 89); CFA 71 I et 239 I (~ Babr. 36); CFA 114 I et 114b I (~ Babr. 140); CFA 198 I (~ Babr. 122) et 257 I.

3) De byzantinis metaphrasibus in dodecasyllabos concinnatis cf. cap. 4.8 infra.

4) Byzantinus metaphrasta Ignatii Diaconi (saec. IX) Tetrasticha ut solet (v. infra cap. 4.8a) respexit: cf. Tetr. I 54, 4 . . . *πᾶσιν ὡράθη γέλως*.

hemistichium (xxxxxẋx) certe **Ba** e metaphrasi sumpsit.[1]) etiam quae paulo superius in ipsa metaphrasi leguntur, *τὰς πολιάς* et *φαλακρὸν ἐποίησαν*, paraphrasta **Ba** ad verbum expressit. initium quidem primi metaphrasis versus in codicibus a Chambry adhibitis (**Ca Cb**) corruptum exstat: *ὤρ τις* habes in **Ca**, *ρατιο* in **Cb** (quod e *ρα* † *τις* manasse facile putaveris). sed in optimo metaphrasium teste, codice Mosquensi 436 (saec. XIII/XIV), qui et ipse metaphrases classis **C** continet[2]), initium huius versus est *ἀνήρ τις*, sicut in **Ba**.

De **Ba** 101 facilior est quaestio quia textus metaphrasis **Ca Cb Ch** etc. (quam vide ap. Cham. II p. 318) melius in initio servatus est. confer:

Ba 101 in. *οἱ λαγωοὶ πάντες εἰς ἓν συνελθόντες εἶπον· ἀβίωτός ἐστιν ἡμῶν ὁ βίος·*[3]) *καὶ γὰρ ἀετοὶ καὶ κύνες καὶ ἄνδρες ἡμᾶς καταπονοῦσιν· βέλτιον οὖν ἐστιν ἡμᾶς ῥῖψαι ἑαυτοὺς κτλ.* (cum **Ba** faciunt codd. **Md Mh Mm Mi** de quibus cf. supra cap. 3.10 sub fin.)

metaphr. **Ca Ch Cb** etc.: *οἱ λαγωοὶ δὲ ἅπαντες συνελθόντες / ἐβόων ταῦτα πρὸς ἀλλήλους θρηνοῦντες· / ἵνα τί δεινός ἐστιν ἡμῶν ὁ βίος; / καὶ γὰρ ἀετοὶ ἄνθρωποί τε καὶ κύνες / ἅπαντες ἡμᾶς πειρῶνται καταθῦσαι· / βέλτιον οὖν ἦν ἑαυτοὺς θανατῶσαι / κτλ.* (alteram eiusdem metaphrasis recensionem habes in cod. **Cd**, vide Cham. ibid.)[4])

Plane aliter sonat fabulae Babrianae initium:

Γνώμη λαγωοὺς εἶχε μηκέτι ζώειν,
πάντας δὲ λίμνης εἰς μέλαν πεσεῖν ὕδωρ,
ὁθούνεκ' εἰσὶν ἀδρανέστατοι ζῴων
ψυχάς τ' ἄτολμοι, μοῦνον εἰδότες φεύγειν . . .

Itaque, ni fallor, fabularum ordo alphabeticus maximi est momenti ad paraphrastae **Ba (Bb)** fontem proximum agnoscendum; hac ratione communis virorum doctorum opinio confutatur qui a metaphrasta (vel a metaphrastis) Bodleianam paraphrasin adhibitam esse pro certo habuerunt: metaphrasta prout libuit fabulas suas inchoavit neque exemplaris sui ordinem alphabeticum respexit.

Si quae modo dixi veritati sunt proxima, certa quadam ratione paraphrastae opus investigari potest. itaque Babrium ipsum (i. e. exemplar *γ*, v. supra) eum prae oculis habuisse etiam ubi metaphrastam propius secutus sit, eo demonstratur quod e. g. Babrii fabulae 22 de qua supra egimus epimythium ex parte transcripsit: *ὅτι ἐλεεινός ἐστιν ὃς εἰς γυναῖκας ἐμπίπτει*, quae verba in metaphrasi (v. supra) desunt, in **A G** (= **A** *β*) autem exstant. alteram vero epimythii partem paraphrasta e metaphrasi desumpsit (cf. Cham. I pp. 120–121).

---

1) Pius Knoell falso haec indicia esse censuit versus Babriani deperditi (Die Babrianischen Fabeln des cod. Bodl. 2906, Wien 1876, 20). paraphrasin **Ba** hic cum metaphrasi classis **C** contaminatam esse suspicatus est R. Adrados (Historia de la fábula greco-latina, I 1, 129), sed ordinis alphabetici rationem, quam maximi momenti puto, non respexit.

2) Codicem, quem A. Hausrath et P. Marc iam noverant, publici iuris fecit Urban Ursing in dissertatione sua Studien zur griechischen Fabel, Lund 1930, 1 sqq.

3) *ἀβίωτον βίον* iuncturam habet conlectio Augustana, cf. CFA 17 I.

4) De metaphrasium recensionibus cf. infra cap. 4.8a.

(c) *fabulas quae in* **Ba** *a litteris α—ν incipiunt et in editione Athoana* (**A**) *desiderantur* (*exceptis fabb.* **Ba** *5 et* **Ba** *42, v. supra cap. 4.7a*), *paraphrasta vel trimetris rectis vel dodecasyllabis inclusas legebat: ideoque etiam inter fabulas Bodleianas quae a litteris ο—ω incipiunt verisimile est aliquot non ex Babrio sed ex alio fonte fluxisse.*

Cum nulla adhuc satis certa inventa sit causa cur Babrii conlectionem Athoanam, quae a littera *α* usque ad initium litterae *ο* pergit, hic illic mutilam censeas, cum praeterea paraphrasta Bodleianus, ut modo demonstravi, religiose primam uniuscuiusque fabulae litteram servaverit, vix e Babrio ipso pendere credas fabulas **Ba** 3, 23, 26, 45, 49, 56, 60, 62, 69, 87, 88, 93 (manifeste de fabularum forma et stilo loquor, non de argumentis quae fortasse Babrius ipse, sed sub aliis litteris initialibus, tractavit). etenim de duabus saltem fabulis (**Ba** 3, **Ba** 56) eas non e Babrio sed e fabulis in trimetros rectos concinnatis fluxisse demonstrari potest: **Ba** 3 epimythio instructa est cuius forma pristina ap. Vitam Aesopi W trimetris rectis inclusa legitur (v. supra). fabulae **Ba** 56 exemplar trimetris rectis inclusum opportune nobis codex **G** restituit (v. supra). ideoque, etiamsi in ceteris fabulis vestigia iambica agnoveris, ea tamen ad trimetros rectos pertinere potius quam ad Babrii choliambos putes velim. vide autem Crusii coniecturas (Babrii ed. 134—146) qui, etsi dubitanter, omnes has fabulas Babrio tribuendas censuit.

Si quae monui veritati sunt proxima, quid est cur e. g. initium fabulae Bodleianae **Ba** 26 (*διὰ στενῆς ὁδοῦ ὥδευεν Ἡρακλῆς*) ad choliambi numeros conformare coneris (cf. Crus. 136 *διὰ στενῆς* [*ὁδοῦ*] *ὥδευεν Ἡρακλῆς* ⟨*χώρης*⟩) cum facillime rectus trimeter in eo dispici possit, *διὰ στενῆς ὥδευεν Ἡρακλῆς ὁδοῦ*? iunctura *φιλονεικία καὶ ἔρις* (**Ba** 26), quae numquam apud Babrium occurrit, haud fortuito mea quidem sententia in **Ba** 49 (epimythium: ... *ἔριδας καὶ φιλονεικίας*) legitur: quae et ipsa (incipit littera *ϑ*) in Babrio Athoo desideratur. in **Ba** 49 hemistichium *ἄφνω δ' ἐπιστραφέντες* legis: sed *ἐπιστραφεὶς* vel *ἐπιστραφέντες* formulam stereotypam, quam saepissime in fabulis Aesopicis invenias (cf. in primis Augustanam conlectionem, vide Haasi indicem s. v. ap. CFA vol. II), Babrius numquam adhibuit: apparet autem in fabula iambica quam **G** restituit (v. supra) *τοῦ δ' ἐπιστραφεὶς* ..., trimetri initium quod paraphrasta Bodleianus, qua est diligentia, servavit: *ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς* ... paulo superius, in **Ba** 49 *πρὸς φόνον* locutionem legis; usitatissimam vocem *φόνος* Babrius numquam usurpavit, maluit *ὄλεϑρος, ϑάνατος* vel *κτείνειν, ἀποκτείνειν* et sim. confer autem fabulae iambicae in **G** restitutae versum 3: *ὠρέξατ' αὐτῷ δεινὸν ἐκ λαιμοῦ φόνον.* ita exempli gra-


tia verbum *εὐφραίνειν* in fabulis **Ba** 60 (*οὖς τῷ καρπῷ μου εὐφραίνω*) et **Ba** 69 (*σῶμα τὸ ἐμὸν εὐφραίνω*)[1]), quae in **A** desiderantur, occurrit: hoc verbo nusquam alibi paraphrasta Bodleianus usus est, numquam in fabulis servatis Babrius. parva tamen haec exiliaque vestigia eo tantum valent, quod ordinis alphabetici rationem de qua supra disserui confirmant.

Paraphrastam Bodleianum fabulis iambicis (Babrii aliorumque) quas in *γ* (v. supra) legebat exemplar dodecasyllabis concinnatum etsi perraro praetulisse ex his quae supra dixi sat certe constat; hoc nunc optime fabula **Ba** 88 (incipit *μόσχος*) confirmare videtur. etenim paraphrasta Bodleianus ad verbum fere hic metaphrasin classis **C** (codd. **Cg Ch Ca Cb Cd Mb Mc**, cf. Cham. II p. 385) exscripsit:

Ba 88	metaphr. C
Μόσχος[2]) *πρὸς τὴν ἔλαφον εἶπεν· σὺ καὶ μεγέθει μείζων εἶ τῶν κυνῶν καὶ ταχύτητι διαφέρεις καὶ κέρατα πρὸς ἄμυναν ἔχεις· τί οὖν τοσοῦτον φοβῇ τοὺς κύνας; . . .*	*Μόσχος δέ ποτε πρὸς τὴν ἔλαφον εἶπε· / σὺ τῷ μεγέθει μείζων κυνῶν ὑπάρχεις / καὶ ταχινή τε καὶ πρὸς δρόμον ὀξεῖα· / κέρατα δὲ σὺ πρὸς ἄμυναν κατέχεις· / τί δέ, ὦ μῆτερ, οὕτω φοβῇ τοὺς κύνας;/. . .*

initium *μοσ*, ab ordine alphabetico exemplaris *β* dissentiens, per se ipsum monet ut extra *β* paraphrastae fontem proximum directumque exquiras. quod etiam de praecedenti fabula **Ba** 87 (incipit *λέγουσι*, ap. Cham. I p. 127) sentias velim; et ipsa enim (vide tabulam supra allatam) ab ordine alphabetico exemplaris *β* discrepat et in ipsa quoque dodecasyllabi vix soluti agnosci possunt: *λέγουσι πρῶτον ⟨μὲν⟩ τὰ ζῷα πλασθῆναι / καὶ αὐτοῖς παρὰ ⟨τοῦ⟩ θεοῦ χαρισθῆναι / . . . / τὸν δὲ ἄνθρωπον εἰπεῖν γυμνὸν ἑστῶτα / . . . / καὶ τότε ἐπιγνοὺς ὁ ἄνθρωπος τὸ δῶρον / προσκυνήσας ᾤχετο καὶ‿εὐχαριστήσας*. cf. etiam epimythium: . . . *ἀνεπαισθήτως / ἔχουσι τιμῆς τῆς τοιαύτης καὶ μᾶλλον / ζηλοῦσι τὰ‿ἀναίσθητα καὶ‿ἄλογα ζῷα.*

Si vero paraphrasta Bodleianus, ut ex his quae modo dixi apparet, non solum *γ* sed etiam metaphrases classis **C** (quas littera *μ* designabo) prae oculis habuit, stemma supra allatum hac fere ratione supplere licet:



1) Hic choliambi exitum deprehendit Crusius, ed. 142.
2) *νεβρός* (pro *μόσχος*) habent codd. **Ca Mb** cum recensione codicum **LM** (v. Chambry ibid.) contaminati. metaphrasta certe vulgare verbum *μόσχος* adhibuit.

si haec ita se habent, etiam inter fabulas Bodleianas quae a litteris *ο—ω* incipiunt necesse est aliquot inesse putes cuius exemplar non choliambis inclusum sit sed trimetris rectis vel dodecasyllabis. ita e. g. nihil commune habet fabulae Bodleianae **Ba** 99 initium cum initio fabulae Babrianae 139 quam nobis Tabulae ceratae (Π_2) restituerunt: cf.

Babr. 139, 1—2 *ὄνος λεοντῆν ἰσχίοις ἐφαπλώσας ἔφασκεν εἶναι πᾶσι φοβερὸς ἀνθρώποις.*
Ba 99 *ὄνος δορὰν λέοντος ἐπενδυθεὶς λέων ἐνομίζετο πᾶσιν καὶ φυγὴ μὲν ἦν ἀνθρώπων, φυγὴ δὲ ποιμνίων.*

At Bodleianus paraphrasta semper ad verbum exemplar suum secutus est, numquam ipse colores addidit, immo breviandi gratia saepe colores resecuit, rebus narratis argumentisque solis intentus. ideoque vix ipsum *καὶ φυγὴ κτλ.* adiecisse credideris. sed fortasse, ut iam recte Gitlbauer suspicatus est, paraphrasta non Babrii fabulam hic legebat, sed fabulam trimetris rectis inclusam: nam in fabulae Bodleianae initio trimeter intactus fere exstat *ὄνος δορὰν λέοντος ἐνδυθεὶς λέων*[1]), quod casu accidisse vix putes cum saepius paraphrastae primum quidem exemplaris sui versum integrum servare placuerit, cf. e. g. Babr. 74, 1 et **Ba** 58, Babr. 75, 1 et **Ba** 53, Babr. 102, 1 et **Ba** 78, Babr. 122, 1 et **Ba** 106 etc. legerit forsitan ... *ἦν μὲν ἀνθρώπων φυγή, / φυγὴ δὲ* ⟨. . .⟩ *ποιμνίων.* verbum *ποιμνίον* in Babrii fabulis servatis minime invenias; sed id iterum in fabula Bodleiana **Ba** 127 adhibitum est (v. ap. Cham. II p. 506): *τῶν σύνεγγυς ποιμνίων.* idem argumentum ac **Ba** 127 habes in codicibus classis **L M** multo melius enarratum (cf. Cham. II p. 505): fabula incipit *ποιμὴν νεογνὸν* ... et epimythium apud Georgidam Laurentianum *γ* 2 (v. supra cap. 3.12) sic sonat: *φύσις πονηρὰ χρηστὸν ἦθος οὐ τίκτει.*[2]) quae est Babrii fabula? quoad Babrii ipsius textum inveneris, dubius haerebis sed certe multo probabilius est Babrii verba in codicibus **L M** potius quam in **Ba** exstare, quod iam recte animadvertit C. Lachmann[3]) (fr. 134 in eius ed.).

De fabulis Bodleianis e metaphrasibus classis **C** potius quam e Babrio sumptis v. infra 4.8.

---

1) Aliter Gitlbauer, cf. fab. 218 in eius ed.

2) Sententiam hanc etiam Casiae monachae (saec. IX) Gnomologium Laurentianum testatur (Cod. Laur. 87, 16 fol. 353) et in fine habet *τίκτει*, non *τρέφει* (ut codd. **LM**, v. supra): cf. K. Krumbacher, Kasia, Sitzungsber. der philos.-philol. u. der histor. Kl. der Kgl. Bayer. Akad. d. Wiss. 1897, Bd. I, 363.

3) Quem secuti sunt edd. plerique. vide autem Crusii fabulam 175, qui epimythium fabulae **LM** ad fabulam Bodleianam apposuit et seclusit: in re tam incerta confusionem auxit.

4.8 De paraphrasi Bodleiana cum metaphrasibus[1]) et cum fabulis Augustanis (CFA I) contaminata

(a) de **Ba** (**Bb**) et metaphrasibus (codd. **Ca Ch Cb** etc.)

Codices **Ca Ch Cb Cd** . . . (classis **C** quam Chambry vocavit, cf. Cham. Praef. pp. 10–12), quibus addendus est codex Mosquensis 436 (v. supra cap. 4.7 sub fin.), dispersa continent membra[2]) corporis fabularum metaphrastici quod quot fabulis primitus constiterit quandoque concinnatum sit in incerto manet: cum huiusmodi dodecasyllabi politici qui dicuntur non ante saeculum IX exstiterint[3]), Paul Marc recte fabularum metaphrases post saeculum IX concinnatas esse contendit.[4]) huic tamen sententiae addam quod hiatus in metaphrasibus tam saepe adhibitus solum cum hiatu in dodecasyllabis Symeonis Iun. Theologi, qui saeculo X exeunte, XI ineunte hymnos composuit, comparari potest: versus veluti **Mb** 12, 14 (ap. Cham. I p. 60) *καὶ δὴ ἡ ὄνος ὑπακούσασα τούτου* ante saeculum decimum minime invenias[5]), attamen centies in fabulis nostris occurrunt.[6]) formulae stereotypae veluti e. g. **Mb** 106, 3 (ap. Cham. I p. 214) *ὁ δὲ στενάξας ἐκ βάθους τῆς καρδίας* et Sym. Iun. Theol. hymn. 3, 10 (ed. Kambylis) *στέναζε ἀεὶ ἐκ βάθους τῆς καρ-*

---

1) Verbo 'metaphrasi' utor byzantinorum morem secuta, cf. e. g. inscriptionem Tetrastichorum in cod. Paris. gr. 2991, fol. 416 *Τετράστιχα ἐκ τῶν Βαβρίου Αἰσωπικῶν μεταφρασθέντα*, cf. Mülleri praef. 254 (post Crusii Babrium, Leipzig 1897). cf. autem A. Pignani, Parafrasi o metafrasi (a proposito della Statua Regia di Niceforo Blemmida)?, Atti Accad. Pontaniana, n. s. XXIV, 1975, 219sqq., et eiusdem La parafrasi come forma d'uso strumentale, XVI. Intern. Byzantinisten-Kongr., Akten II/3, Wien 1982, 29–30.

2) Huc pertinet fortasse etiam fabula (incipit: *ἵππος διαυλῶν ἅμ' ὄνῳ καὶ νικήσας* . . .) quam Minoides Minas in monasterio quodam Trapezuntio invenit et Boissonadio anno 1844 transmisit, cf. F. Boissonade, Pachymeris declamationes XIII, Paris 1848, 317, et B. E. Perry, Studies in the Text History of the Life and Fables of Aesop, Haverford Pennsylv. 1936, 190 adn. 27.

3) Prima eos nobis testatur monacha Casia (vel Cassia) quae medio circiter saeculo IX hymnos et sententiarum parvam conlectionem composuit: sententias dodecasyllabis inclusas edidit K. Krumbacher in dissertatione supra laudata (v. p. LXXVI adn. 2) 357–368. vide P. Maas, Metrisches zu den Sentenzen der Kassia, BZ 10, 1901, 54–59.

4) Cf. P. Marc, Die Überlieferung des Äsopromans, BZ 19, 1910, 412. adde quos metaphrasta certe Ignatii Diaconi (saec. IX) Tetrasticha noverat (v. infra).

5) De hiatu in Symeonis Iun. Theologi versibus politicis cf. A. Kambylis, Symeon Neos Theologos, Berlin–New York 1976, CCCXXXVI.

6) V. etiam dodecasyllabos Nili Iunioris in cod. Vat. Gr. 1971 (saec. X ex.), quos monachus annis 948–950 composuit (cf. S. Gassisi, Poesie di S. Nilo iuniore e di Paolo monaco, Innografi Italo-Greci fasc. I, Roma 1906, 53): hiatum Nilus adhibuit, sed multo minus quam Symeon.

δίας[1]) hanc sententiam confirmare videntur. qui dodecasyllabum in Babrii fabula 29 **G** interpolavit, *καὶ δὴ στενάξας μέγα ἐκ βάθους εἶπεν*, metaphrasium stilum imitatus est. itaque, cum codex **G** medio circiter saeculo XI exaratus sit, fabulas metaphrasticas neque ante saeculum decimum neque post medium saeculum undecimum compositas esse credideris. qui eas primus composuit (nam multifarie procedente tempore retractatae sunt, v. infra) non solum Babrii fabulas prae oculis habuit sed etiam aliorum *ἰάμβους*: cum duae fabulae certe olim trimetris rectis conscriptae, **Ba** 3 et **Ba** 56 (cf. cap. 4.7c supra) in metaphrasium corpore dodecasyllabis inclusae exstent (cf. Cham. I p. 60 et ibid. II p. 247), verisimile videtur metaphrastam eiusdem vulgatae *β* quam vocavi editionis *ἰάμβους* ex parte retractavisse cuius fabulas iambicas librarii codicum **G V** exscripserunt, Bodleianus auctor (**Ba Bb**) paraphrasi reddidit. metaphrastam, etsi perraro, etiam vulgatam fabularum conlectionem Augustanam respexisse demonstrant e. g. metaphrasis **Cd** (ap. Cham. II p. 365) ubi Babrii fabula 16 cum Augustana contaminata est, vel metaphrasis **Ca Cb** (ap. Cham. I p. 120) arte cum Augustanis rhythmis fabulae **G Pd Pg Ma** coniuncta, vel metaphrasis **Ca** versus 9 (ap. Cham. II p. 533) ex Augustana fabula 114 Ib desumptus.

Primus codex **Ca** saeculi XIII (ceteri codd. saeculis XIV–XV exarati sunt) nonnulla certa huius conlectionis metaphrasticae specimina continet. inter ceteros classis **C** codices eminet cod. **Ch**, saeculi XIV, ex quo F. Fedde primus anno 1877 quadraginta fabulas edidit.[2]) pars aliqua huius conlectionis etiam in pretiosissimum codicem **Mb** (= Babrii cod. **V**, v. supra cap. 3.3) fluxit (cf. e. g. Cham. I p. 138, 199 vel II p. 289, 397, 439 etc.) et in ceteros classis **M** (v. supra cap. 3.10) codices **Md Mh Mi Mm** al.; certa metaphrasium vestigia interdum etiam in codicibus classis **L** (**La Lc** al., v. supra cap. 3.10) occurrunt (cf. e. g. Cham. I p. 255). interdum solus **Mb** fabulas metaphrasticas nobis testatur; v. e. g. Cham. I p. 104: v. 7, quem communem habet e. g. cum metaphrasi ap. Cham. I p. 138 (codd. **Ca Cc Ch Mb Md** etc.) probat hanc fabulam ab eodem fonte metaphrastico ac ceteras in codicem **Mb** fluxisse (vide etiam vv. similes in metaphr. ap. Cham. II p. 319, v. 13, vel I p. 192 v. 10, vel II p. 456 v. 5, ibid. p. 533 v. 11 etc.). metaphrasis quam solus **Mb** exhibet, cf. Cham. II p. 370, in v. 8 hemistichium commune habet cum metaphrasi ap. Cham. II p. 361 (v. 2 *χειρὶ δυνατωτάτῃ*). loci similes veluti e. g. metaphr. **Mb** ap. Cham. II p. 536 v. 6 *ὢ τῆς συμφορᾶς, τί συνέβη τῷ τάλᾳ*; et metaphr. **Pd** ap. Cham. I p. 251 v. 3 *ὢ τῆς συμφορᾶς, τί τῷ τάλᾳ συνέβη*; demonstrant paucas quoque in **Pd** (saec. XV) metaphrases dodecasyllabis conceptas ad eundem fontem redire.[3]) metaphrases aliquot in solo **Ca** (cf. Cham. II p. 436) vel in solo **Cd** (cf. Cham. II p. 419) inveniuntur. metaphrasin perraro habent soli **Pd Mb**, cf. Cham. I p. 149.

---

1) Simile est quod Nilus Iun. (v. supra) in hymno ad Nilum Sen. (annis 939/940 composito) scripsit: vv. 66–67 *ἐκ βάθους τῆς καρδίας βοῶ* (cf. Gassisi 41).

2) Über eine noch nicht edierte Sammlung Aesopischer Fabeln nach einer Wiener Handschrift, Bericht des Gymn. zu St. Elisabeth, Breslau 1877.

3) Ursingio obloquor, qui metaphrases quas soli **Mb** vel **Pd** vel **Cd** (v. infra) testantur ex aliis diversisque fontibus pendere putavit (14).

Uniuscuiusque metaphrasis tot fere sunt recensiones quot codices; nam ut par erat, librarii vulgatos hos politicos versus exscribentes maxima cum libertate se gesserunt neque solum verborum ordinem sed integros quidem versus haud raro suo Marte immutaverunt: saepe etiam alius codex dodecasyllabos servavit, alius passim immutavit, alius hic illic dissolvit.[1])

Praesertim cod. **Cd** suas saepe habet lectiones ita ut nonnumquam a ceteris seiunctum textum eius Chambry ediderit: cf. e. g. Cham. II pp. 319–320. attamen in re tam incerta cavendum est ne dodecasyllabos ubi quidem non exstant restituas, quod interdum parum caute fecit Chambry: itaque e. g., ut etiam codex **G** demonstrat[2]), fabula quam Chambry codicibus **Pd Pg Ma** fretus dodecasyllabis includere conatus est, soluta oratione liberisque politicis qui dicuntur rhythmis ut omnes Augustanae conlectionis fabulae concinnata est, nullo modo autem dodecasyllabis coerceri potest.[3]) ideoque mea quidem sententia ap. Cham. I p. 120 non duas metaphrases legis (alteram in **G Pd Pg Ma**, alteram in **Ca Cb**), sed metaphrasin classis **C** et Augustanae fabulam rhythmis politicis compositam.[4]) at Chambry interdum dodecasyllabos ubi certe exstant non agnovit: cf. e. g. metaphr. **Ca Cb Cd Ch Mb** ap. Cham. I p. 236 et Hausrathi adn. ad CFA 285 II vel CFA 184 II et metaphr. **Mb** ap. Cham. II p. 432. adde quod Chambry saepius in dodecasyllabis restituendis erravit, versuum caesuras in primis omittens. quam ob rem necesse est cautionem adhibeas et saepius apparatum criticum ipsum potius quam verba a Chambry restituta inspicias.[5])

Paraphrastam Bodleianum metaphrasibus interdum usum esse, non metaphrastam paraphrasibus (quae quidem vulgata est opinio) iam supra demonstravi. adde quod loci quidam in metaphrasibus praesto sunt qui aperte probant metaphrastam Babrium ipsum[6]), non paraphrasin prae oculis habuisse: in metaphrasi **Cd** ap. Cham. II p. 365 verba legis *διατροφὴν ὡς ἔχων ἑτοίμην ἔστη* quae Babrii versum 16, 4 redolent: *ἔμεινεν ὡς ἕτοιμα δειπνήσων*. paraphrasta **Ba** nihil simile habet. Babrii

1) Cf. e. g. apparatum criticum ad metaphr. *λύκος καὶ ἀρνός* ap. Cham. II p. 361: vide v. 3 *ἀλλ' ἐπεζήτει τοῦτον φαγεῖν εὐλόγως* **Cg Ca**, *ἀλλ' ἐπεζήτει εὐλόγως τοῦ φαγέσθαι* **Ch Cb Mb** al., *ἀλλὰ εὐλόγως ἐζήτει [ἄρνα] φαγεῖν [γε] τοῦτον* **Cd**, *ἀλλὰ ἐζήτει εὐλόγως φαγεῖν* **Ce**.

2) Cuius lectiones edidit B. E. Perry, Studies in the Text History ... 119.

3) De liberis solutae orationis rhythmis politicis disserui in La datazione della Collectio Augustana di Esopo ed il verso politico delle origini, JÖB 33, 1983, 152sqq.

4) Saepius, ut supra dixi (cap. 4.7a, adn. 2) in Augustana conlectione binae eiusdem fabulae recensiones praesto sunt, quarum altera ad Babrium propius accedit, cf. e. g. CFA 114 I et Ib, CFA 16 I et 160 I, CFA 71 I et 239 I etc.; itaque nihil est quod mireris si argumentum iam tractatum (cf. CFA 31 I codd. **G Pa Pb Ma**) in Augustana iterum retractatum invenias (codd. **G Pd Pg Ma**). aliter de binis in Augustana recensionibus sentit B. E. Perry, cf. Aesopica I, Urbana 1952, 301.

5) E. g. in metaphr. **Ca Ch** al., ap. Cham. II p. 387, versum 8 apparatu fretus sic melius restituas: *καὶ ὡς φυγάδες γινόμεθα πολέμου* (nam Chambry necessariam incisionem neglexit).

6) Hoc vulgatae inde a Hausrath opinioni contradicit: cf. A. Hausrath, Untersuchungen zur Überlieferung der aesopischen Fabeln, Fleckeisens Jahrb. Suppl. XXI, 1894, 297: „Die Verfasser haben den Text des Babrius nicht gekannt."

ἐκρύπτετ' ἐς . . . γωνίην (5, 4) metaphrasta ad litteram expressit[1]), cf. metaphr. **Ca Cb Cd** al. ap. Cham. I p. 66 v. 3 *ἐκρύπτετ' ἐν γωνίᾳ*[2]), paraphrasta **Ba** formam *κατεκρύβη* habet. ad metaphrasin **Ca Cb Cd Ch** etc. ap. Cham. I p. 56 conficiendam byzantinus metaphrasta non solum Ignatii Diaconi tetrasticho I 16, 4 (*ζωὴν ὑπέλθω δορκάδων ὑπερτέραν*)[3]) usus est sed et Babrii fabulam certe ipse respexit: cf. metaphrasis v. 4 *ἀνάγγειλόν μοι καὶ πάντα σοι παρέξω* et Babrii fabulam 121, 3 *ἐγὼ παρέξω πάντα σοι*, quae verba in Bodleiana paraphrasi omnino desunt. minima sunt haec vestigia, attamen mea quidem sententia vix despici possunt.

Quae cum ita sint, cum paraphrasta Bodleianus, qua est in fabulis retractandis diligentia, serviliter semper et ad verbum fere exemplar suum sequatur[4]), nonnulli certe in Bodleiana conlectione loci dinosci possunt quos e metaphrasi paraphrastam sumpsisse procul dubio conicias.

In **Ba** 2 (**Bb** 1) ap. Cham. I p. 48 Babrii fabulam 12 paraphrasta retractavit nimiam metaphrasis brevitatem imitatus, cf. metaphr. **Mb** (ap. Cham. ibid.). si verba *λύπην τῶν παλαιῶν μου συμφορῶν* e Babrii fabula (v. 24) hausit, in fabulae tamen exitu metaphrasis dodecasyllabum ad verbum fere exscripsit:

Ba *καὶ διὰ τοῦτο τὰς ἐρήμους οἰκῶ*
Mb *διὰ γὰρ τοῦτο τὰς ἐρήμους οἰκήσω*

Ba 146 (ap. Cham. II p. 534) metaphrasin **Ca Cb Cd** etc. (ap. Cham. ibid. pp. 532–533) respexit potius quam Babrii fabulam 140 quam Pseudo-Dositheus qui vocatur nobis restituit (v. supra cap. 3.8). artissima codicis **Ba** cum metaphrasi cognatio primo obtutu tibi fabulae exitum in Babrio, in **Ba**, in metaphrasi conferenti apparebit:

Babr. 140, 8:

χειμῶνος ὀρχοῦ, φησίν, εἰ θέρους ᾖδεις

metaphr. rec. **Ca** (vv. 11–13):

χειμῶνος ὀρχοῦ εἴπερ ηὔλεις ἐν θέρει·
ἀλλ' ἐν θέρει σὺ τὸν σῖτον ἀποτίθει
καὶ μὴ λυρίζων ἡδύνῃς ὁδοιπόρους.

---

1) Animadvertit hoc iam U. Ursing in dissertatione supra laudata (87): „Bei unsrer Fabel ist diese Ähnlichkeit mit dem Babrius statt mit dem gewöhnlich angenommenen Vorbild der Versfabeln, der Bodleiana, auffallend . . . könnte man geneigt sein zu glauben, daß Babrius den Versfabeln näher gestanden hätte, als man gewöhnlich annimmt."

2) Locutio haec metaphrastae placuit: nam eandem etiam in metaphr. **Ca Cb Cd** al., ap. Cham. I p. 89 fin., adhibuit (Chambry dodecasyllabos non agnovit, cf. Hausrath, adn. ad CFA 22 II).

3) Metaphrasta hic illic Ignatii Diaconi (saec. IX) fabulas tetrastichas prae oculis habuit, cf. e. g. supra p. LXXII adn. 4 et metaphr. **Mb** ap. Cham. II p. 537 cuius exemplar fuit Tetr. I 7 Müller. hanc metaphrasin ad verbum exscripsit paraphrasta **Ba** 133 (**Bb** 80), v. infra cap. 4.9 sub fin.

4) V. infra cap. 4.9.3.

metaphr. rec. **Ch Cb Cd** (vv. 11–13):

εἰ θέρους ηὔλεις ὀρχοῦ ἄρτι χειμῶνος,
σῖτον γὰρ θέρους ταῖς ἀποθήκαις βάλλε
καὶ μὴ λυρίζων ὀδίτας κατατέρπης.

paraphr. **Ba** 146 sub. fin.: *ἀλλ' εἰ θέρους ηὔλεις, χειμῶνος ὀρχοῦ· σῖτον δὲ ἐν θέρει ἀποτίθει, καὶ μὴ τοὺς ὁδίτας λυρίζων τέρπε.*
compares velim etiam fabulae initium:
Babr.:

χειμῶνος ὥρῃ σῖτον ἐκ μυχοῦ σύρων
ἔψυχε μύρμηξ . . .

metaphr. **Ca Ch Cb Cd**:

ὥρας δέ ποτε χειμῶνος τυγχανούσης
μύρμηκες σῖτον ἡλίαζον βραχέντα.[1])

paraphr. **Ba** 146: *χειμῶνος ὥρα τὸν σῖτον βραχέντα οἱ μύρμηκες ἔψυχον*
paraphrasis tamen verba *οὐκ ἐσχόλαζον ἀλλ' ᾖδον μουσικά* e Babrio ipso fluxerunt (140, 6).

In Bodleianae fabulae **Ba** 84 (**Bb** 54) initio (cf. Cham. II p. 368) dodecasyllabos vix solutos agnoscis:

λύκου ⟨x⟩ *λαιμῷ ὀστοῦν* ⟨x⟩ *ἐνεπάγη*
ὁ δὲ γεράνῳ μισθὸν παρέξειν εἶπεν
εἰ τὴν κεφαλὴν . . .

apud Babrium (fab. 94) non *γέρανος* sed *ἐρῳδιός* partes agit. confer nunc byzantinam metaphrasin late in codicibus **CLM** vulgatam (cf. Cham. II pp. 367–368):

λύκου δὲ λαιμῷ ὀστέον ἐνεπήγει·
ὁ δὲ γεράνῳ μισθὸν παρέξειν εἶπεν[2])
εἰ τὴν κεφαλὴν . . .

dodecasyllabi ad verbum in Bodleianam fabulam fluxerunt. paulo inferius paraphrasis codex vetustior **Bb** habet: *ὁ δὲ βαλὼν τὸν μακρὸν αὐχένα αὐτοῦ*, **Ba** autem *ὁ δὲ βαλών*. in communi codicum **Ba Bb** fonte *ὁ δὲ βαλών* ut videtur exstabat, quocum metaphrasis recensio **C** facit: *ὁ δὲ ἐκβαλών*. in metaphrasis recensione **LM** lectionem difficiliorem legis *ἡ δ' ἐκβαλοῦσα, δολιχόδειρος οὖσα*[3]): in paraphrasis codice **Bb** binae metaphrasis recensiones temperantur.

In paraphrasi **Ba** 6 (ap. Cham. I p. 63), quae Babrii fabulae 10 respondet, paraphrasta *Ἀφροδίτην* quae apud Babrium partes agit servavit: huius fabulae metaphrasis ei praesto non erat. in paraphrasi autem **Ba** 19 (ap. Cham. I p. 160), quae fabulae Babrianae 32 respondet, *Ἀθηνᾶ* dea pro Babrii *Κύπρις ἡ πόθων μήτηρ* in scaenam prodit: *καὶ τὴν Ἀθηνᾶν ἐδυσώπει.* etenim byzantinus magistellus hic quoque Babrio metaphrasin praetulit quam solus **Pd** servavit (cf. Cham.): *καὶ τὴν Ἀθηνᾶν τὴν θεὰν ἐδυσώπει.*

Saepe paraphrasta Bodleianus dodecasyllabos fere integros exscripsit, cf. e. g. **Ba 14** (**Bb** 9) ap. Cham. II p. 465: *ἰδὲ καὶ τὴν χροιὰν ὡς οὐχ ὁμοία*, et metaphr.

---

1) Diasceuasta praeclaram Aphthonii fabulam (Aphth. 1 ap. CFA II 133) imitatus est in progymnasmatis byzantinis tritissimam (cf. e. g. Doxapatris homilias in Aphthonium, Rhet. Gr. II 177sqq. Walz).

2) Metaphrasta ibi quoque (v. adn. supra) Aphthonium secutus est: cf. Aphth. 25 ap. CFA II 144.

3) Quam etiam rhetor byzantinus, qui progymnasmata Brancatiana composuit, prae oculis habuisse videtur: cf. F. Sbordone, Recensioni retoriche delle favole esopiche, Scritti di varia Filologia, Napoli 1971, 39 (*λύκος καὶ γέρανος*).

v. 14 (ap. Cham. ibid. p. 463) *ὅρα καὶ χροιὰν ὡς οὐχ ὁμοία τούτων*, vel **Ba** 24 (**Bb** 15) ap. Cham. I p. 191 *ὦ πόσα κάμνεις καὶ ταλαιπωρεῖς*, et metaphr. v. 2 (ap. Cham. ibid. p. 192) *ὦ πόσα κάμνεις καὶ ταλαιπωρεῖς λίαν*.

Plura addere nolo: satis est si demonstrare potui Bodleianam conlectionem recentiore byzantina aetate (puta saeculis XII/XIII) confectam multifarie Babrii fabulas cum vulgatis eo tempore metaphrasibus contaminasse. quod magni momenti est ad Babrii fragmenta ex paraphrasibus restituenda (v. cap. 4.9 infra).

(b) de paraphrasi **Ba** (**Bb**) cum Augustanis fabulis contaminata

Mea quidem sententia paraphrasta Bodleianus Babrii fabulas cum vulgatis fabulis Augustanis (CFA I) his locis certe contaminavit:

Babr. 23, 3 *ἔθηκε δ᾽ εὐχὴν ταῖς ὀρεινόμοις νύμφαις / Ἑρμῇ νομαίῳ ... ἄρνα / λοιβὴν παρασχεῖν εἰ λάβοιτο τὸν κλέπτην*. CFA 49 I *ηὔξατο τῷ Διί, ἐὰν τὸν κλέπτην εὕρῃ, ἔριφον αὐτῷ θῦσαι*. **Ba** 16 (**Bb** 11) *ηὔξατο δὲ τῷ θεῷ, εἰ τὸν κλέπτην εὕροι, ταῦρον ἐπιθύσειν*.[1])
Babr. 43, 4 *χηλῆς μὲν ἕνεκα καὶ ποδῶν ἐλυπήθη*. CFA 76 I *ἐπὶ δὲ τοῖς ποσὶ σφόδρα ἤχθετο ὡς λεπτοῖς οὖσι καὶ ἀσθενέσιν*. **Ba** 34 (**Bb** 23) *τοὺς μὲν πόδας ἐμέμφετο ὡς λεπτοὺς καὶ ἀσθενεῖς ὄντας*.
Babr. 59, 13 sqq. *τῆς οἰκίης δὲ μὴ τροχοὺς σιδηρείους / ... γεγονέν᾽ ὡς τόπους ἄλλους / συνεξαμείβοι δεσπόταισιν ἐκδήμοις*. CFA 102 I *ἔδει ... τῷ οἴκῳ τροχοὺς ὑποθεῖναι, ἵνα ἐὰν πονηρῷ τις παροικισθῇ γείτονι ῥᾳδίως μεταβαίνῃ*. **Ba** 43 *τῆς δὲ οἰκίας ὅτι μὴ τροχοὺς σιδηροῦς αὐτῇ ἐποίησεν ἵνα καὶ τοῖς δεσπόταις συνεξεδήμει καὶ γείτονα πονηρὸν ἐξέφευγεν*.
Babr. 72, 2–3 *Ἶρις ... / πτηνοῖσι κάλλους εἶπεν ... / ἀγῶνα κεῖσθαι*. CFA 103 I *Ζεὺς βουλόμενος βασιλέα ὀρνέων καταστῆσαι προθεσμίαν αὐτοῖς ἔταξεν*. **Ba** 59 *Ἶρις ... ἐκήρυξεν· εἴ τις ὑμῶν κρείττων εἰς κάλλος φανῇ, οὗτος πτηνῶν πάντων βασιλεύσει ὑπὸ τοῦ Διός*.
Babr. 86, 4 *ἀλώπηξ ... ἐξέφαγε*. CFA 24 I *ἀλώπηξ λιμώττουσα ... κατέφαγε*. **Ba** 64 (**Bb** 40) *ἀλώπηξ νῆστις οὖσα ... ἐνεπλήσθη*.
Babr. 107, 13 *ὁ μῦς δὲ ... βρόχον κείρας / ἔλυσε τὸν λέοντα ... / ἐπάξιον δοὺς μισθόν* (mus non loquitur). CFA 155 I *ὁ μῦς ... τὸν κάλων περιέτρωγε καὶ λύσας αὐτὸν ἔφη· ... παρ᾽ ἐμοῦ ἀμοιβὴν κομιεῖσθαι* ... **Ba** 77 (**Bb** 48) *ὁ μῦς δ᾽ ἐπιστὰς ἔφη· δύναμαι τὴν ἀντιχάριτά σοι ἀποδοῦναι ... καὶ τὰ δεσμὰ περιφαγὼν ἔλυσε τὸν λέοντα ἐπάξιον δοὺς μισθόν*.[2])
Babr. 103, 12 *πῶς ἔχεις; ἐπηρώτα· / κἀκεῖνος εἶπε· χαῖρε φιλτάτη ζῴων* ... CFA 147 I *ἐπυνθάνετο αὐτοῦ πῶς ἔχοι· τοῦ δὲ εἰπόντος· κακῶς κτλ.* **Ba** 73 (**Bb** 47) *πῶς ἔχεις; ἔφη. κακῶς, εἶπεν.*

Collato **Ba** 34 Eberhard et Knoell Babrii versum excidisse suspicati sunt, sed Tabulae ceratae (*Π*$_2$) postea repertae Athoi codicis (**A**) textus auctoritatem confirmarunt. Crusius recte a Knoell et Eberhard hoc loco, tabulis fretus, dissentit: sed cum et ipse hanc interpolationem ex Augustana fluxisse non animadvertisset, in

1) Quantum byzantini magistelli in fabulis variandis luserint demonstrat huius fabulae recensio quae in Bodleiani codicis (**Ba**) fol. 194v legitur (v. supra cap. 3.9): ... *ηὔχετο τῷ Διί· ἐὰν τὸν κλέπτην εὕρω θύσω σοι κριόν.*

2) Similiter pergit Romulus XXII (rec. gallic.) ed. Thiele: *mus autem ... 'non est' inquit 'iam quod timeas: parem gratiam tibi reddam ...' dixit, et ... dentibus nervos coepit secare ...*

eundem errorem incidit: nam in fine fabulae 59, collata paraphrasi Bodleiana (v. supra), versum temere concinnatum addidit, Lachmanni sententiam secutus (v. infra adn. ad loc.).

De Augustanae conlectionis aetate in commentatione JÖB 33 (1983) edita disserui ibique mihi demonstravisse videor, quod iam Paulus Marc in praeclara dissertatione Die Überlieferung des Äsopromans, BZ 19, 1910, 421 censuit, Augustanam conlectionem saeculo fere decimo ineunte ortam esse. si res ita se habet, loci quos supra contuli una cum locis ex metaphrasibus byzantinis collatis recentiore byzantina aetate paraphrasin Bodleianam ortam esse confirmant.

4.9 De Babrii fragmentis e paraphrasi Bodleiana restitutis

Si quae supra dixi veritati sunt proxima, quo certius veriusque Babrii fragmenta e paraphrasibus eruas, haec consideres velim:

(1) inter fabulas quae in **Ba** a litteris *ο—ω* incipiunt haud dubium est quin plures Babrii paraphrases reperiri possint. vix Babrii manum agnoscas in fabulis quae in **Ba** a litteris *α—ο* incipiunt et in **A** desiderantur (v. supra cap. 4.7 c). quam ob rem Babrii fragmenta inquirenti fabulae Bodleianae 98—148 attentius inspiciendae sunt (vide fabularum **Ba** tabulam quam cap. 3.10 dedi).

(2) haud dubium est quin non omnes fabulae **Ba** 98—148 e Babriano fonte fluxerint: ut supra demonstravi, alia paraphrasta e Babrio ipso hausit, alia e fabulis in trimetros rectos concinnatis, alia denique ex byzantinis metaphrasibus (cf. cap. 4.7 c et cap. 4.8 a)

(3) memoria dignum est quod paraphrasta Bodleianus exemplaris sui vestigia ita premit ut saepe integrae auctoris locutiones, integra hemistichia, integri quidem versus in paraphrasibus agnosci possint. adde quod auctoris sui verba paraphrasta byzantinus iisdem saepe usitatisque artificiis nisus retractavit. confer e. g. Babrii fabulam 65 et paraphrasin **Ba** 47:

Babr. 65

ἤριζε τεφρὴ γέρανος εὐφυεῖ ταῶ⟨νι⟩
σείοντι χρυσᾶς πτέρυγας· ʽἀλλʼ ἐγὼ ταύταιςʼ
ἡ γέρανος εἶπεν ʽὧν σὺ τὴν χρόην σκώπτεις
ἄστρων σύνεγγυς ἵπταμαί τε καὶ κράζω·
σὺ δʼ ὡς ἀλέκτωρ ταῖσδε ταῖς καταχρύσοις
χαμαὶ πτερύσσῃʼ φησίν ʽοὐδʼ ἄνω φαίνῃ.ʼ
θαυμαστὸς εἶναι σὺν τρίβωνι βουλοίμην
ἢ ζῆν ἀδόξως πλουσίᾳ σὺν ἐσθῆτι.

Ba 47 *ἤριζεν εὐφυεῖ γεράνῳ ταὼς χρυσόπτερος σκώπτουσα τὴν χροιὰν τοῦ γεράνου· ἡ δὲ ἔφη· ʽἀλλʼ ἐγὼ ἄστρων ἐγγὺς ἵπταμαι καὶ φωνῶ, σὺ δὲ ὡς ἀλέκτωρ χαμαὶ πτε-*

ρύσσῃ οὐδ' ἄνω φαίνῃ.' ὅτι κρεῖσσον περίβλεπτόν τινα εἶναι σὺν πενιχρᾷ ἐσθῆτι ἢ ζῆν ἀδόξως σὺν πλουσίᾳ ἐσθῆτι.

Itaque paraphrasta (1) primum fabulae Babrianae verbum servavit (v. supra cap. 4.7); (2) pro *σείοντι χρυσᾶς πτέρυγας* compendiose scripsit *χρυσόπτερος* ut **Ba** 75 *προσφιλεῖ ἀλώπεκι* pro *φίλην ἀλώπεκ' εἶχεν* (95, 3), vel **Ba** 13 *φιλάνθρωπος* pro Babrii 14, 2 *φιλεῖν ἄνθρωπον*, et explicandi gratia *ταὼς ... σκώπτουσα* pro brevioribus abruptisque Babrii verbis *ταύταις ... ὧν σὺ τὴν χρόην σκώπτεις* substituit; (3) alteram fabulae partem ad verbum fere exscripsit et singulas locutiones (*ἀλλ' ἐγώ*), versuum partes (*ἄστρων ... ἐγγὺς ἵπταμαι*), hemistichia (*σὺ δ' ὡς ἀλέκτωρ, χαμαὶ πτερύσσῃ, οὐδ' ἄνω φαίνῃ*), integrum quidem versum (*ἢ ζῆν ἀδόξως ...*) servavit: superflua plerumque epitheta ut solet abstulit (*ταῖσδε ταῖς καταχρύσοις*) et glossematis rariora explicavit (*σὺν τρίβωνι = σὺν πενιχρᾷ ἐσθῆτι*).

Confer etiam Babrii fabulam 11 et Bodleianam paraphrasin **Ba** 9:

Babr. 11

ἀλώπεκ' ἐχθρὴν ἀμπέλων τε καὶ κήπων
ξένῃ θελήσας περιβαλεῖν τις αἰκείῃ
τὴν κέρκον ἅψας καὶ λίνου τι προσδήσας
ἀφῆκε φεύγειν· τὴν δ' ἐπίσκοπος δαίμων
εἰς τὰς ἀρούρας τοῦ βαλόντος ὡδήγει
τὸ πῦρ φέρουσαν· ἦν δὲ ληίων ὥρη
καὶ καλλίπαις ἄμητος ἐλπίδων πλήρης.
ὁ δ' ἠκολούθει τὸν πολὺν κόπον κλαίων
οὐδ' εἶδεν αὐτοῦ τὴν ἅλωα Δημήτηρ.
χρὴ πρᾶον εἶναι μηδ' ἄμετρα θυμοῦσθαι·
ἔστιν τις ὀργῆς νέμεσις, ἣν φυλαττοίμην,
αὐτοῖς βλάβην φέρουσα τοῖς δυσοργήτοις.

Ba 9 *ἀλώπεκά τις ἐχθρὰν ἔχων ὡς βλάπτουσαν αὐτὸν κρατήσας καὶ θέλων ἐπὶ πολὺ τιμωρήσασθαι, στυππεῖα ἐλαίῳ βεβρεγμένα τῇ οὐρᾷ προσδήσας ὑφῆψε. ταύτην δὲ δαίμων εἰς τὰς ἀρούρας τοῦ βαλόντος ὡδήγει, ἦν δὲ καιρὸς τοῦ ἀμητοῦ, ὁ δὲ ἠκολούθει θρηνῶν μηδὲν θερίσας. ὅτι πρᾶον εἶναι χρὴ καὶ μὴ ἀμέτρως θυμοῦσθαι· ἐξ ὀργῆς γὰρ πολλάκις ἔτυχε βλάβην γίνεσθαι μεγάλην τοῖς δυσοργήτοις.*

Ibi quoque paraphrasta primum fabulae Babrianae verbum servavit, alia ut superflua omisit (*ξένῃ ... αἰκείῃ, ἐπίσκοπος, τὸ πῦρ φέρουσαν*, totum versum 7) vel contraxit (*τὸν πολὺν κόπον κλαίων = θρηνῶν*, v. 9 = *μηδὲν θερίσας*), alia explicandi gratia glossematis dilatavit (*ἐχθρὰν ὡς βλάπτουσαν, στυππεῖα ἐλαίῳ βεβρεγμένα*), difficiliora immutavit (*ἐξ ὀργῆς γὰρ πολλάκις ἔτυχε ...*): Babriani sermonis tamen certissimum vestigium servavit, exitum versus 4 et versum 5 integrum; quibus adde primum epimythii versum transpositis verbis et faciliore forma *ἀμέτρως* disiectum necnon hemistichia *ὁ δ' ἠκολούθει* et *τοῖς δυσοργήτοις*. ex huiusmodi textu Babrii fragmenta quaedam erui potuerunt ni Babrius Athous praesto fuisset.

Confer denique Babrii fabulam 40 cum **Ba** 25:

Babr. 40

διέβαινε ποταμὸν ὀξὺν ὄντα τῷ ῥείθρῳ
κυρτὴ κάμηλος, εἶτ' ἔχεζε· τοῦ δ' ὄνθου
φθάνοντος αὐτὴν εἶπεν· 'ἦ κακῶς πράσσω,
ἔμπροσθεν ἤδη τἀξόπισθ' ἐμοῦ βαίνει.'
πόλις ἂν τις εἴποι τὸν λόγον τὸν Αἰσώπου
ἧς ἔσχατοι κρατοῦσιν ἀντὶ τῶν πρώτων.

Ba 25 *διέβαινε ποταμὸν κάμηλος ὀξὺ ῥέοντα. ἀφοδεύσασα δὲ καὶ τὴν κόπρον εὐθὺς ἔμπροσθεν αὐτῆς ἰδοῦσα διὰ τὸ ὀξὺ τοῦ ῥεύματος εἶπεν· 'τί τοῦτο; τὰ ὄπισθέν μου*

(τὰ ἐξόπισθέν μου Mb) *ἔμπροσθέν μου νῦν ὁρῶ διερχόμενα.'* [*ὅτι*] *ἐν πόλει ἧς ἔσχατοι καὶ ἄφρονες κρατοῦσιν ἀντὶ τῶν πρώτων καὶ φρονίμων ἁρμόζει ὁ μῦθος.*

In hac fabula paraphrasta primum tantum Babrii hemistichium (*διέβαινε ποταμὸν*) integrum servavit, cetera glossematis interpositis (*ἰδοῦσα, διὰ τὸ ὀξὺ τοῦ ῥεύματος, τί τοῦτο, ὁρῶ, καὶ ἄφρονες, καὶ φρονίμων*) ita immutavit ut Babrii manus vix dispici possit: si tamen scias e. g. alibi quoque paraphrastam solitum esse, praesertim in epimythiis, pro uno Babrii verbo bina supplere[1]), in verbis *ἧς ἔσχατοι* [*καὶ ἄφρονες*] *κρατοῦσιν ἀντὶ τῶν πρώτων* choliambum agnoscas ad rigidas subtilesque Babrii normas conformatum: hoc sufficere potuit ut Babrio hanc fabulam tribueres si Athoum codicem non habuisses.

Ex locis supra allatis hoc colligi potest: paraphrastam semper, etiam ubi minus proxime Babrii vestigia presserit, poetae proprias quasdam locutiones servavisse; saepius tamen, ut in exemplo **Ba** 9 supra allato patet, paraphrasta plura retinuit ita ut necessariis aptisque artificiis usus Babrii fabulam integram fere ex **Ba** restituere possis.

(4) Cum paraphrasta **Ba** eadem isdem saepe verbis exprimat et Babrius quoque nimius fere, ut Crusius dixit, imitator sui fuerit[2]) (vide locos similes in apparatu fabularum collatos) paraphrastae verba cum Babrianis comparata magno sunt tibi interdum auxilio: etenim plura quidem Babrii verba hoc modo restitui possunt quam quae primo obtutu in paraphrasi exstare videntur. exempli gratia:

cf. locos Babr. 14, 1 *ἄρκτος ... ηὔχει*, **Ba** 13 *ἄρκος ... ἐκαυχᾶτο*, Babr. 114, 1 *λύχνος ... ηὔχει*, **Ba** 90 *λύχνος ... ἐκαυχᾶτο*. ideoque ex **Ba** 132 *στικτή ποτε πάρδαλις ἐκαυχᾶτο φορεῖν* ... facili negotio cum Lachm. Eberh. aliisque Babrii verba pristina sic restituas: (fr. 14, 1) *στικτή ποτ' ηὔχει πάρδαλις φορεῖν* ⟨— —⟩. Crusii coniecturam vix accipias: *στικτή ποτ'* ⟨*ἐπ*⟩*εκαυχᾶτο πάρδαλις* ... (Crus. fr. 180). si res ita se habet, ex **Ba** 148 (*ἕκαστος δὲ αὐτῶν τοῖς λόγοις ἐκαυχῶντο*) haec restituas: (fr. 21, 2) *ἕκαστος αὐτῶν δὲ* ⟨*μέγα*⟩ *τοῖς λόγοις ηὔχει* potius quam cum Crusio *ἕκ. αὐ. τοῖς λόγοις ἐκαυχήθη* (cf. meam adn. ad loc.).
confer Babrii versum 86, 2 *στενῆς δὲ τρώγλης οὐκέτ' εἶχεν ἐκδῦναι*, cui respondet **Ba** 64 *ἐξελθεῖν τῆς στενῆς ὀπῆς οὐκ ἐδύνατο*. ideoque in **Ba** 134 *οὐκ ἐδύνατο ἀνελθεῖν* pro certo fere habeas Babrii hemistichium subesse ⟨ × ‿‿ × ⟩ *οὐκέτ' εἶχεν ἐκδῦναι* (fr. 15, 6). paraphrastae *ἐλθεῖν* Babrii verbo *δῦναι* huiusmodi locis respondere demonstrat comparatio locorum Babr. 31, 19 *τῆς ὀπῆς ἔσω δύνειν* et **Ba** 20 *εἰς τὰς ὀπὰς εἰσελθεῖν*.
fragmentum 15, 6 *τὸν δ' εἶδ' ἀλώπηξ,* ⟨*κερτομοῦσα*⟩ *δ' εἰρήκει* cum **Ba** 134 *ἀλώπηξ δὲ τοῦτον ἰδοῦσα ἔφη* si comparaveris, dubius haerebis num plura quam liceat restituerim. sed cf. Babr. 133, 2 *τὸν δ' εἶδ' ἀλώπηξ, ἐρπύσασα δ' εἰρήκει* quae **Ba** 108 ita expressit: *τοῦτον δὲ ἰδοῦσα ἀλώπηξ εἶπεν*. eadem etiam in fr. 10, 12 restituenda mecum censeas, ubi **Ba** 128 habet *ἀλώπηξ δὲ ἰδοῦσα εἶπεν* (cf. adn. ad loc.).
in **Ba** 124 legis: *σκληρὰ καλοῦμαι. ἐπικαχλάσας τῷ ῥεύματι* ... verbum *ῥεῦμα* Babrius nusquam in fabulis servatis adhibuit, paraphrasta autem hoc verbo in **Ba** 25

1) Cf. epim. **Ba** 6 *τύχῃ καὶ ἀνδρείᾳ* (Babr. 5, 11 *τῆς τύχης*), epim. **Ba** 20 *τὴν δόξαν καὶ τὴν λαμπρότητα* (Babr. 31, 23 *τῆς λαμπρότητος*), epim. **Ba** 29 *ὑποτάσσεσθαι καὶ ὑπείκειν* (Babr. 36, 14 *εἴκειν*) etc. cf. etiam **Ba** 80 *πιστεύσω καὶ συνοικήσω* et Babr. 93, 9 (*συνοικήσω*).

2) Cf. Crus. Prolegom. XXXIII et cap. 6.5 infra.

usus est, ubi Babrii locutionem *ὀξὺν ὄντα τῷ ῥείθρῳ* (Babr. 40, 1) bis per paraphrasin reddidit: *ὀξὺ ῥέοντα* et *διὰ τὸ ὀξὺ τοῦ ῥεύματος*. itaque facili coniectura in **Ba** 124 Babrii choliambum fere integrum agnoscas: in fr. 8, 3 scripsi: *'σκληρὴ καλοῦμαι' · ⟨ὁ δ'⟩ ἐπικαχλάσας ῥείθρῳ* ...
in paraphrasi **Ba** 114 haec legis: *ὅτε δρῦς ἰξὸν ἔφυε βλάβην ὀρνέων* ... hemistichium prius *ὅτε δρῦς ἔφυεν ἰξὸν* ... agnoverunt Eberhard Gitlbauer et Crusius. hemistichium alterum *ὀρνέων λύμην* restituit Crusius, *ὀρνέων λώβην* restituerunt Eberhard Gitlbauer, sed *λύμη* vel *λώβη* verba numquam Babrius in fabulis servatis adhibuit. locis simillimis 11, 1 et 71, 4 poeta scripsit *ἀλώπεκ' ἐχθρὴν ἀμπέλων* et *στοιχεῖον ἐχθρὸν ἀνθρώπων*. 11, 1 paraphrasta ita reddidit: *ἀλώπεκά τις ἐχθρὰν ἔχων ὡς βλάπτουσαν αὐτόν*. adde quod pro Babrii 72, 7 *ὀρνίθων* (in versus exitu) paraphrasta **Ba** 59 *ὀρνέων* scripsit. quibus collatis malui locum sic restituere: (fr. 2, 1) *ὅτε δρῦς ἔφυεν ἰξὸν ἐχθρὸν ὀρνίθων* quae mea quidem sententia cum paraphrastae artificiis et cum Babrii *λευκῇ ῥήσει* (Prol. II 13) magis concinunt.

Huiusmodi plura in fragmentorum apparatu critico qui vocatur singillatim exposui.

(5) Babrius ipse, utpote qui saepius easdem verborum iuncturas vel eadem singula verba in isdem versuum partibus conlocaverit, permultum tibi optimeque ad Babrium restituendum opitulatur. itaque exempli gratia:

fragmentum 10, 9 ex paraphrasis verbis *ἐποίησε πτερῶσαι* (**Ba** 128) sic restitui: ⟨× —⟩ *πτερωτὸν* ⟨—∪—⟩ *πεποιήκει* collato Babrii loco simillimo 115, 3 *κἀμὲ πτερωτὴν εἴθε τις πεποιήκει*. longius mea quidem sententia et a paraphrastae verbis et a Babrio recedit Crusii coniectura *ἀνεπτέρωσεν αὐτὸν ὥστ' ἀποπτέσθαι*.
paraphrasis **Ba** 125 habet *ποταμοῦ πλησίον ἄμπελος ἦν*. vocem *πλησίον* nusquam Babrius in fabulis servatis adhibuit: itaque recte editores hic *ποταμοῦ σύνεγγυς* hemistichium restituerunt collato 65, 4 *ἄστρων σύνεγγυς*. in versus exitu *εἱστήκει* formam apud Babrium usitatissimam restituendam esse pro certo habebis[1]) si locum simillimum contuleris 36, 4 *πολὺς δὲ κάλαμος ἑκατέρωθεν εἱστήκει*. itaque ex paraphrastae verbis choliambum eruas: (fr. 9, 1) *ποταμοῦ σύνεγγυς ἄμπελός ⟨τις⟩ εἱστήκει*.
Aliud addam exemplum: in **Ba** 114 legis *ἡ φρονιμωτάτη χελιδών*. adiectivum *φρόνιμος* Babrius numquam adhibuit, semper autem *σοφός*, in primis de avibus, cf. e. g. 33, 12 *ὀρνέων ... σοφὸν ... φῦλον*. collatis Babrii formulis stereotypis (quibus alterum choliambi hemistichium expleri solet) 13, 7 *εὐσεβέστατον ζῴων*, 25, 3 *ἀδρανέστατοι ζῴων*, 31, 15 *ἐκφανέστατοι πλήθους*, 59, 3 *ἐκπρεπέστατον ζῴων*, 64, 7 *ἐκπρεπεστάτῳ πάντων*, 95, 20 *ἀξιωτάτην κρίνω*, 114, 3 *ἐκπρεπέστατον λάμπειν* haud procul a veritate absis si scribas: ⟨× —⟩ *χελιδὼν ἡ σοφωτάτη πάντων* (fr. 2, 2).

Huiusmodi plura in fragmentorum apparatu passim exposui.

---

1) At contra sola haec forma non sufficit ut Babrii verba e. g. ex paraphrasi **Ba** 138 restituenda censeas (cf. Crus. fr. 185). nam cf. e. g. CFA 93 II ubi *εἱστήκει* legitur sed nihil simile in Babrii fabula 129 invenias, vel CFA 292, 10 ubi *εἱστήκει* forma Achilli Tatio tribuenda est, non Babrio. ita e. g. falso ex metaphrasi **Ca** 122 ap. Cham. II p. 436 v. 5 formam *ἐπεπτώκει* haurires etsi Babrius eam adhibuit (cf. 36, 7): nam Babrii fabula quae huic metaphrasi respondet (Babr. 111) formam *ἐπεπτώκει* non habet. aliud addam exemplum: *ἐτεθνήκει* forma quam in **Ba** 56 invenis nisus frustra, collata Babrii fabula 30, 3, Babrium restituere coneris: nam fabulam quae paraphrasi respondet trimetris rectis, non choliambis, conscriptam esse constat (cf. cap. 4.7c supra).

(6) Cum paraphrasta Bodleianus Babrii fabulas interdum cum Byzantinis metaphrasibus contaminaverit (v. supra cap. 4.8a), cavendum est ne Babrio tribuas quae e metaphrasi fluxerunt. exempli gratia:

Ba 134 habet: *ὦ ἀνόητε, εἰ τόσας φρένας εἶχες* ... verba *ὦ ἀνόητε* apertam contaminationem detegunt; nam metaphrasis dodecasyllabis composita (quam vide ap. Cham. I p. 104) versum habet *ὦ ἀνόητε καὶ βραδὺ τῇ καρδίᾳ.* cuius simillimum invenies etiam in metaphrasi ap. Cham. I p. 236 *ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ*, quae Babrii fabulae 24 respondet: at ap. Babrii fabulam 24 neque *ὦ ἀνόητοι* neque simile quicquam reperias. ideoque etiam in **Ba** 134 *ὦ ἀνόητε* a Babrio abiudicavi (cf. fr. 15, 7 et adn. ad loc.).
verba quae in **Ba** 118 (cf. fr. 5) leguntur *πένθος δὲ μέγα τοῖς γονεῦσιν ἐγένετο* metaphrasis dodecasyllabum vix solutum exhibent (cf. Cham. I p. 169): *πένθος δὲ μέγα ἐγένετο γονεῦσι.* Babrii sermonem hic frustra requiras (cf. e. g. 136, 11a et 95, 46): attamen editores choliambum inde restituere conati sunt, cf. e. g. Crus. (fr. 167) *πένθος δὲ πικρὸν τοῖς γονεῦσιν ἐμβάλλει.*
Ba 131 (cf. fr. 12) habet: *οἱ δὲ εἶπον· διὰ τοῦτο μᾶλλον τεθνήξῃ* ... formam *τεθνήξῃ* in choliambi exitu fuisse coniecerunt Eberhard Gitlbauer et Crusius; Crusius e. g. restituit: *οἱ δ' εἶπον αὐτῷ· μᾶλλον οὖν σὺ τεθνήξῃ.* sed mea quidem sententia est cur dubites: nam *τεθνήξῃ* forma saepe a metaphrasta adhibita est et hic quoque metaphrasis quae Bodleianae fabulae **Ba** 131 respondet (vide eam ap. Cham. II p. 520), dodecasyllabum habet *διὰ τοῦτο γὰρ μᾶλλον τεθνήξῃ ἄρτι.* paraphrastam hanc formam ex metaphrasi hausisse censeas et opportune praesto tibi est locus Babrianus qui hanc sententiam confirmare videtur: cf. choliambum 13, 12 *ἀπολῇ μετ' αὐτῶν τοιγαροῦν μεθ' ὧν ἤλως*, cui haec in metaphrasi respondent (Cham. II p. 464): v. 18 *ἀλλὰ συλληφθεὶς μετ' αὐτῶν καὶ τεθνήξῃ.* ni haec satis sunt, adde metaphr. **Ca Ch Mb** al. (ap. Cham. II p. 381) v. 17 *εὐθὺς τεθνήξῃ κτλ.*, et metaphr. **Ca Ch Cb Mb** al. (ap. Cham. II p. 564) v. 8 *ἄρτι τεθνήξῃ.* quibus collatis vix Babrio *τεθνήξῃ* in **Ba** 131 tribuas.[1])

Alias similes quaestiones passim in fragmentorum apparatu tractatas invenies.

(7) Inter fabulas Bodleianas 98—148 (v. supra nn. 1—2), viginti fabulae exstant in quibus procul dubio Babrii paraphrases agnoscas, si modo rationes, artificia, remedia de quibus supra sub nn. 3—6 disserui componas. hoc velim memores, perraro solam metri rationem ad Babrii fragmenta eruenda suffecisse, nisi cum integri quidem choliambi ad severissimas rigidasque Babrii normas conformati in paraphrasi exstarent (ut e. g. initium frr. 11 vel 16, vel exitus frr. 4 et 10): nam pedes iambicos et choliamborum clausulas in quolibet solutae orationis exemplari passim invenias.[2]) Babrii locos similes sermonisque Babriani proprietates ad metri rationem confirmandam plerumque adhibui.

---

1) Cf. etiam meam adn. ad Babrii fab. 27, 6a.
2) Cf. Arist. Rhet. III 8 1408^b 33 *ὁ ... ἴαμβος αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν· διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες*, Poet. 4 1449^a 25 *πλεῖστα γὰρ ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους.* adde Dem. de eloc.

Exempli gratia in fragmentis 12, 15, 17, 18, 20, 21 hemistichia vel singula verba, quae Babrianis formulis stereotypis respondent, poetae manum detegunt; cf. fr. 12: in *ἐπιστήμων* et *ἱκέτευε μὴ κτείνειν* choliamborum exitus agnoscas non solum quia metricis normis legibusque respondent, sed etiam quia huiusmodi verba vel locutiones Babrius ipse iisdem metris inclusit, cf. 124, 6 *ἱκέτευε μὴ κτεῖναι,* 120, 4 et 85, 3.

(8) In ceteris fabulis Bodleianis (cf. Crusii fragmenta 158, 159, 160, 161, 162, 169, 170, 174, 175, 178, 181, 184, 185, 186, 187, 189, 192) certa Babrii vestigia mea quidem sententia frustra requiras: etiam si Babrius, quod sane concedas, horum similia argumenta et ipse tractaverit, paraphrastae verba tamen procul a Babrii sermone stiloque absunt (memorem velis e. g. paraphrasin **Ba** 101 quam supra cum Babrii fabula 25 comparavi, cf. cap. 4.7 b). Babriani stili indicia quae Crusius sibi agnoscere visus est, perrara exiguaque sunt et, quod gravissimum est, omnino dubia (v. infra de Babrii fragmentis dubiis et p. LXXXVI adn. 1 supra).

Sola metri indicia parum, ut supra monui, prosunt. cf. e. g. **Ba** 104 (Crus. fr. 161): choliambi frustula agnosci possunt *ταῦτά μοι λείπει* et *ἀλλὰ* [*καὶ*] *τῶν ὤτων* sed *καὶ* hic vix deleas et metaphrasis **Ca Ch** (quam vide ap. Cham. II p. 263) ad verbum fere cum **Ba** facit; quam ob rem paraphrastam fabulam suam e metaphrasi potius hausisse putaverim (cf. supra cap. 4.8 a) et quomodo Babrius tritissimum hoc argumentum sua musa retractaverit vix dicas.

Alterum addam exemplum. in **Ba** 133 integrum choliambum dispexerunt editores: *τούτῳ προσεῖπεν* [*ἡ*] *ἄμπελος· τί με βλάπτεις;* cf. Lachm. fr. 145, Schneidew. fr. 145, Eberh. fr. 148, Crus. fr. 181. sed de *τί με βλάπτεις* clausula est cur dubites. nam Babrius in semipede nono ab acuto accentu ante encliticam vocem posito abstinuit (v. infra cap. de re metrica). adde huc quod paraphrasta Bodleianus peropportune hanc locutionem etiam in alia fabula adhibuit cuius exemplar Babrianum servatum est: cf. Babr. 51, 5 *ἀλγοῦν δὲ πρόβατον εἶπε· μή με λυμαίνου,* **Ba** 39 ad loc. *τὸ δὲ πρόβατον ἀλγοῦν ἔλεγε· τί με βλάπτεις;* ideoque *τί με βλάπτεις* vix Babrio tribuam. haec potius paraphrasta Bodleianus e metaphrasi hausit, quam nobis misere quidem ex parte corruptam codex **Mb** restituit (cf. Cham. II p. 537): metaphr. *τράγος δέ ποτε βλάστην ἀμπέλου τρώγων / . . . τούτῳ προσεῖπε· τί με βλάπτεις ἀδίκως; / μὴ γὰρ ὦ τράγε οὐκ ἔστιν ἄρτι χλόη;* **Ba** *τράγος ἐν τῇ ἐκβολῇ τῆς ἀμπέλου τὴν βλάστην ἔτρωγε· τούτῳ δὲ προσεῖπεν ἡ ἄμπελος· τί με βλάπτεις; μὴ γὰρ οὐκ ἔστι χλόη...;* metaphrastam non Babrium sed, ut alibi solet (cf. cap. 4.8a supra), Ignatii Diaconi Tetrasticha hic prae oculis habuisse censeas: cf. Tetr. I 7, 1–2 Müller *τράγῳ προσεῖπεν ἄμπελος· βλάπτεις σύ με / κείρων τὰ φύλλα· μὴ γὰρ οὐκ ἔστι χλόη;*

———

43 *πολλοὶ γοῦν μέτρα ἰαμβικὰ λαλοῦσιν οὐκ εἰδότες,* Cic. Orat. 189 *senarios . . . et Hipponacteos effugere vix possumus: magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio.* cf. Syrianum, Schol. in Hermog. (ed. Rabe, Leipzig 1892), p. 29, 11 *πολλοὺς γοῦν παρὰ τῷ Ἰσοκράτει καὶ μάλιστα παρὰ Δημοσθένει λανθάνοντας ἰάμβους τε καὶ χωλιάμβους ἔστιν εὑρεῖν.* alia testimonia vide ap. G. Amsel, De vi atque indole rhythmorum quid veteres iudicaverint, diss. Vratislaviae 1887, 96 sqq.

Etiamsi Babrius hanc fabulam tractaverit, etiamsi Ignatius, ut interdum solet, singula quaedam verba vel hemistichia ex Babrio transcripserit[1]), nulla certa est causa cur choliambos potius quam trimetros rectos ex **Ba** 133 restituere coneris. in re tam ancipiti malui nimiam cautionem adhibere quam Babrio tribuere quae fortasse numquam scripsit.

De Babrii fragmentis dubiis

Extra Bodleianam Babrii fragmenta requirere difficillimum est opus et maxime incertum: iter hoc lubricum ne ingredi quidem volui. haud pauca enim sunt quae coniectura assequi possis: at ne una quidem certa firmaque ratio reperiri potest qua fretus alia Babrio vindices, alia ab eo abiudices. periculum est ne editores Babrio tribuerint quae poeta noster numquam tractavit.

In uno fragmento 13 (= Lachm. fr. 132, Eberh. fr. 136, Crus. fr. 204), quod Suidas nobis tradidit, Babrii stilum perelegantem agnoscas.

Fabularum argumenta quae Crusius sub nn. 195–203 digessit haud certis indiciis testimoniisque Babrio mea quidem sententia vindicantur: de Georgidae epimythiis cf. quae supra (cap. 3.12.4) adnotavi. monachus Byzantinus non solum Babrii fabulas legebat sed etiam aliorum fabulas iambis rectis inclusas. de epimythio fabulae Crus. 197 vide supra cap. 3.12 adn. ad Georgid. *o* 1. in ceteris fabulis (Crus. 198–203) incerta iamborum fragmenta et Aviani Dositheique testimonia parum, immo nihil ad Babrii verba restituenda valent: forsitan ne eadem quidem argumenta Babrius noster tractaverit (nam de Dosithei fonte Aesopeo nihil adhuc satis certum constat et Avianus Babriumne solum prae oculis habuerit an alios quoque fontes Aesopicos incertum est (vide Prometheus 10, 1984, 75 sqq.).

Fabularum argumenta e variis fontibus hausta, quae Crusius ipse ut incerta segregavit, vide ap. Crusium sub nn. 207–250 digesta.

Si tamen in re tam ancipiti quaedam conicere liceat, Babrii fabulas deperditas in codicibus **L M** plerumque requiras velim (cf. supra cap. 3.10). argumenta a Babrio tractata, interdum etiam Babrii ipsius verba, conlectio Augustana hic illic certe servavit (cf. supra p. LXXII adn. 1). quam ob rem probabili quadam ratione haec Babrio tribuam:

(1) incipit *ὁδοιπόροι* (?): CFA 185 III *δβ* (= Cham. II p. 425), codd. **LM**, *ὁδοιπόροι καὶ πλάτανος* (cf. Crus. fr. 223). restituam: ... *πρὸς ἀλλήλους / ἄκαρπον εἶναι κἀνόνητον ἀνθρώποις* (simile argumentum **Ba** 60 a Babrio abiudicandum censui, vide supra cap. 4.7 c)
(2) incipit *ὄνῳ* (?): CFA 189 I *δέλφαξ καὶ ἀλώπηξ*. cum fabulae initio (*ὄνῳ τις ἐπιθεὶς* ...) cf. Babrii fr. 1, 1. fabulae exitum sic fere restituas: ⟨*οὗτός*⟩ *με θῦσαι καὶ φαγεῖν θέλει πάντως*.

---

1) Cf. e. g. Babr. 115, 1 *νωθὴς χελώνη* = Tetr. I 40, 1; Babr. 82, 2 *διέδραμεν μῦς* = Tetr. I 4, 2; Babr. 140, 8 *χειμῶνος ὀρχοῦ* = Tetr. I 6, 4; Babr. 77, 12 *ἔχεις κόραξ ἅπαντα* = Tetr. I 15, 4; Babr. 40, 2 *κυρτὴ κάμηλος* = Tetr. I 13, 1 (in alia fabula); Babr. 10, 5 = Tetr. I 20, 1 (in alia fabula). tetrastichorum stilo etsi perraro Babrii textus ipse in codicibus **G V** contaminatus corruptusque est: cf. adn. ad 34, 9 **G** vel *τοιάδε* in v. exitu 128, 1 **V** (vide e. g. Tetr. I 20, 2). etiam tetrasticha interdum cum Babrio contaminata sunt, cf. e. g. Tetr. I 17 in codd. **MS** (vide Mülleri adn. ad loc. et BZ 1, 1892, 428).

(3) incipit *ὄνος* (?): CFA 190 I *ὄνος καὶ κηπωρός*. in fabulae exitu choliambum integrum agnoscas: *τούτῳ δὲ μέλλω καὶ τὸ δέρμα προσδοῦναι* (cf. e. g. CFA 62 I ubi exitus fabulae Babr. 143 servatus est). Crusius (cf. fr. 201) huius fabulae recensionem CFA III, in codd. **LM** servatam, transcripsit.

(4) incipit *ποιμήν* (?): Cham. II p. 507 (= CFA 276 III *αβγ*), codd. **LM**, *ποιμὴν καὶ λύκος*, cf. Eberh. fr. 133. in fine Eberh. restituit: *ἔκτεινεν αὐτὸν εἴς τι δένδρον ἀρτήσας*. de epimythio *φύσις πονηρὰ χρηστὸν ἦθος οὐ τίκτει* (ap. Georgid. et Cassiam) cf. quae disserui supra (cap. 4.7 sub fin.). dubitationem auget paraphrasta **Ba** qui hoc epimythium ad fabulam **Ba** 42 (*ἔχιδνα καὶ γεωργός*) appositum legebat (vide Cham. II p. 173). huius similis fabula **Ba** 127 a Babrio abiudicanda videtur (cf. cap. 4.7 ibid.).

(5) incipit *σφῆκες* (?): Cham. II p. 527 (= CFA 235 III *γβα*), codd. **LM**, *σφῆκες καὶ πέρδικες καὶ γεωργός*. restituam fere: *σφῆκές ⟨τε⟩ καὶ πέρδικες ἐχόμενοι δίψῃ / πρὸς γεωργὸν ἦλθον* . . . et *πέρδικες ⟨. . .⟩ ἀμπέλους σκάπτειν, / σφῆκες δὲ κύκλῳ περιιόντες ⟨. . .⟩ / ⟨. . .⟩ κέντροις ἀποσοβεῖν ⟨γε⟩ τοὺς κλέπτας*. cf. Babr. 141, 5–6.

(6) incipit *φίλοι* (?): CFA 66 I *ὁδοιπόροι καὶ ἄρκτος*. epimythium (ft. epim.[2]) habet Georgides (v. supra cap. 3.12, Georg. *τ* 2), argumentum tractavit Avianus 9. cf. Crus. fr. 195. cum *φασὶ κτλ.* cf. Babr. 14, 2; 5, 2; 66, 2.

(7) incipit *χειμῶνος* (?): Cham. I p. 168 (= CFA 52 III), codd. **LM**, *δεσπότης καὶ κύνες*. verbum *ἐθοινήσατο* in CFA perrarum (cf. Haasi indicem in CFA II s. v.) fortasse Babrii *θοίνην* adumbrat (cf. e. g. Babr. 44, 6 et **Ba** ad loc. *θοίνην / κατεθοινήσατο*). fabulae exitus Babrii stilum sapit, cf. exitum Babr. 26.

(8) incipit?: Cham. II p. 295 (= CFA 94 III), codd. **LM**, *κύνες δύο*. Gitlbauer (fr. 208) choliambum agnovit: *οἰκουρὸς αὐτῷ συμμετεῖχε τῆς θοίνης* (cf. Crus. fr. 220).

Prorsus dubiae sunt tres fabulae ex paraphrasi Bodleiana haustae:

(9) incipit *φιλίην* (?): **Ba** 139 (**Bb** 84), ap. Cham. I p. 37; cf. Crus. fr. 186. choliambum ft. agnoscas *θοίνην νεοσσοῖς τοὺς ἀλώπεκος σκύμνους*. cum epimythio (*δίκη τις ἐφορᾷ . . . καὶ ἀποδίδωσι*) cf. epim. fr. 19, 14–15 et meam adn. ad loc.

(10) incipit *φυτόν* (?): **Ba** 140 (**Bb** 85), ap. Cham. I p. 177. fragmenta varia, iambis inclusa, restituit Crusius fr. 187. possis etiam *ὁ γεωργὸς ὡς ἄκαρπον ἐκτεμεῖν μέλλων*, sed omnia dubia. in metaphrasi **Mb** 215 (ap. Cham. ibid.) duo hemistichia 'Babriana' agnoscuntur, v. 14 *τί σοι τὸ κέρδος*; (cf. Babr. 6, 6) et v. 17 *εὐθέως πεποιήκει* (cf. Babr. 104, 3; 115, 3), sed vide p. LXXXVI adn. 1. fabula haec certe poetico quodam colore etiam in paraphrasi nitet.

(11) incipit *χειμών* (?): **Ba** 145 (**Bb** 89), ap. Cham. I p. 133 (cf. Crus. fr. 192). *οὓς λέγουσιν* Babrii manum sapit, cf. 18, 1; 57, 7; 70, 4. choliambum *κακοῦ ξένου δέ, φησίν, οὐκ ἔχω χρείην* facili negotio restituas coll. 115, 12; 131, 8. fabulam habet Avianus 29.

His dubitanter addam:

(12) incipit?: **Ba** 87 (de qua supra cap. 4.7c disserui): deperdita metaphrasis fortasse Babrii verba hic illic servavit. initium restituas e. g. *τὰ ζῷα πρῶτον ⟨ὡς⟩ λέγουσιν ἐπλάσθη / καὶ τῷ μὲν ἀλκή, τῷ δὲ τάχος ⟨ἐδωρήθη⟩* (cf. 70, 4, sim. 66, 2; 67, 2; 105, 6), fabulae exitum e. g. *δῶρον δ' ἐπιγνοὺς ⟨τὸν θεόν τε τιμήσας⟩ / ⟨. . .⟩ ᾤχετ' εὐχαριστήσας*. possis etiam: *ὁ Ζεὺς ⟨πρὸς αὐτὸν⟩ εἶπεν· ⟨ἀλλ'⟩ ἀναισθήτως / ⟨ἔχεις σὺ⟩ καίτοι δωρεῆς τυχὼν ⟨θείης⟩· / ⟨τὸν⟩ λόγον ἔχεις λαβὼν γὰρ ὃς παρ' ἀνθρώποις / καὶ παρὰ θεοῖς ⟨πέφυκε⟩* . . . (cf. Crus. fr. 155).

Sed quoad novi Babrii testes reperti erunt, vix quisquam de his certa quadam ratione diiudicabit.

4.10 De epimythiis (epim.[1] et epim.[2])

(1) de epim.[1]

Vexatissima est de epimythiis Babrianis in codice Athoo (A) servatis quaestio. nam cum hic illic nulla certa ratione appositi viderentur, cum mendis metricis interdum corruptelisque laborarent, viri docti inde a Lachmanno epim.[1] auctoritatem in dubium vocarunt. editorum haec opinio eo praevaluit, ut, quamvis procedente tempore alia quaedam maximi momenti epimythiorum testimonia inventa sint (cf. Π_2 et postea Π_1 et Π_3, v. supra cap. 3.4–6), editores tamen magis magisque induruerint: itaque Crusius non solum epimythium a Lachmanno aliisque deletum, sed postea in tabulis ceratis Π_2 (saec. III) inventum et ipse nihilo minus delevit (epim.[1] fab. 43), sed Eberhardi sententiam secutus cetera quoque epimythia quae Lachmann aliique docti viri genuina censuerant seclusit (cf. e. g. epim.[1] fabularum 4, 9, 11, 18, 35, 39 etc.). attamen paulo post in papyro saeculi tertii ineuntis (Π_1) iterum epim.[1] fabulae 43 repertum est et papyrus Π_3 (saeculi tertii exeuntis) certissimum nobis testimonium epimythii fabulae 11 restituit. anno demum 1907 vir doctus E. Hohmann commentationem De indole atque auctoritate epimythiorum Babrianorum scripsit, in qua primus luculenter diserteque de epim.[1] disputavit. sed et ipse, quamvis multo quidem plura quam ceteri editores (excepto Boissonade) Babrio epimythia tribuisset, iudicii metrique ratione fretus alia genuina, alia spuria, alia dubia iudicavit et omnia epimythia in tres classes divisit: (a) epimythia vere Babriana: epim.[1] fabularum 4, 5, 6, 11, 13, 14, 18, 20, 21, 23, 24, 29, 31, 35, 36, 38, 40, 41, 43, 44, 52, 58, 59, 64, 65, 66, 67, 69, 70, 74, 79, 81, 85, 87, 94, 98, 103, 111, 112, 119, 127, 136; (b) epimythia de quibus Babrii sint necne dubitari possit: epim.[1] fabularum 9, 12, 22, 34, 56, 60, 72, 82, 84, 96, 107, 116, 140; (c) epimythia spuria: epim.[1] fabularum 10, 33, 37, 47, 50, 71, 83.

B. E. Perry in editione sua anno 1965 prolata, qua ratione epimythia alia genuina alia spuria censuerit, non dicit[1]): uncis includere noluit epimythia fabularum 4, 11, 14, 18, 23, 24, 29, 31, 35, 36, 38, 41, 43, 44, 65, 67, 94, 103, 116, 136.

Nuper doctissimi viri M. Nøjgaard[2]) et R. Adrados[3]) omnia epimythia in A servata genuina esse monuerunt quia papyri et tabulae ceratae sae-

---

1) Cf. B. E. Perry, Introd. LXIII: "In this edition all the metrical epimythia are given and some of them, those which seem to the editor to be genuine or at least very old and appropriate, are retained unbracketed."

2) Cf. La fable antique, vol. I, København 1964, 490.

3) Historia de la fábula greco-latina, Madrid 1979, I 2, 463–464

culi tertii ea testantur. adde quod papyri tabulaeque non solum epimythia habent quae **A** testatur, sed epimythiis carent in fabulis quae in **A** quoque epimythio carent. in Π_1 exitus fabularum 43, 110, 118 leguntur[1]: quarum sola fabula 43 epimythium in **A** habet; etiam in Π_1 soli fabulae 43 epimythium appositum est, quod vix casu accidisse putaveris. tabulae ceratae Π_2 et codex **A** communes habent fabulas 43, 78, 91, 97, 117, 121[2]), quarum sola fabula 43 in **A** epimythium exhibet: quod etiam, in tabulis accidit. papyrus Amherst Π_3 fabulas 11, 16, 17 continet[3]), quarum sola fabula 11 epimythio instructa est: etiam in codice **A** fabula 11 epimythium exhibet, in fabulis 16, 17 epim.^{1} desideratur.

Quae si, ut par est, vix casu accidisse credideris, omnia epimythia metrica in codice **A** servata ad vetustissimam (saec. III/IV) Babrii editionem redire non negabis: corruptelae et metrica menda quae epimythia quaedam haud minus quam fabulas quasdam in **A** deturpant (cf. e. g. fabb. 12, 22, 27, 46, 73, 83 etc.) textum per saecula vexatum demonstrant[4]), nullo modo epimythia a diasceuastis composita esse probant.

Quod veteres saepius editores contenderunt, Babrii fabulam 84 **A**, in Pseudo-Dosithei Hermeneumatis servatam, in **A** epimythio instructam esse, apud Pseudo-Dositheum autem epimythio carere, mea quidem sententia nullius est momenti obiectio: nam, ut supra (cap. 3.8 adn. 2) demonstrare conata sum, quo temporis Pseudo-Dosithei Interpretamenta composita sint non liquet: certe annus 207 p. Chr. n., quem omnes Babrii editores pro 'termino ante quem' habuerunt, nihil ad Hermeneumaton aetatem firmandam valet. adde quod: (1) in vetustissimo Hermeneumaton codice Parisino saeculi IX fabula 84 desideratur: eam testatur codex Leidensis saeculi XI; (2) paraphrasis Bodleiana (**Ba**) quae saepe Babrii epimythia metrica testatur (v. infra) hoc loco (cf. **Ba** 70) epimythium Athoanum non exhibet: paraphrasta **Ba**, ut supra vidimus, vulgatam Byzantinam editionem *β* legebat, saeculo fere decimo ortam (cf. cap. 4.7 supra). itaque mea quidem sententia, si Hermeneumaton dubio testimonio confisus epimythium fabulae 84 uncis includas, periculum est ne Byzantinam editionem saeculi decimi antiquae Babrii editioni praeferas.

Quot et qualia Babrii epimythia metrica in codicibus (**G V Ba**) qui ad vulgatam editionem *β* redeunt exstiterint, ex hac tabula inspicere licet, in qua omnia epim.^{1} **A** choliambis inclusa ex ordine afferuntur (lege: fabulae numerum, testes qui fabulam exhibent, testes qui epim.^{1} **A** testantur):

---

1) Cf. supra cap. 3.4.
2) Cf. supra cap. 3.5.
3) Cf. supra cap. 3.6.
4) Facile etiam conicias Byzantina aetate (puta saec. VI – VII) Babrii epimythia rubricata esse ideoque maturius paulatim evanuisse.

4	**A Ba**	: **A Ba**
5	**A G Ba**	: **A G Ba**
9	**A G**	: **A**
10	**A G Ba**	: **A**
11	*Π*$_3$ **A G Ba**	: *Π*$_3$ **A Ba**
12	**A G V Ba**	: **A** (**G** in v. 21 desinit)
13	**A G Ba**	: **A**
14	**A Ba**	: **A**
18	**A Ba**	: **A Ba** + Georgid. *α* 3 (cf. cap. 3.12 supra)
21	**A V**	: **A**
22	**A G Ba**	: **A G Ba**[1])
23	**A Ba**	: **A Ba**
24	**A Ba**	: **A Ba**
29	**A G Ba**	: **A Ba**
31	**A Ba**	: **A Ba** + Georgid. *α* 4 (v. supra)
33	**A V**	: **A**
34	**A G**	: **A**
35	**A G Ba**	: **A G Ba**
36	**A Ba**	: **A Ba**
37	**A Ba**	: **A Ba**
38	**A Ba**	: **A Ba**
40	**A Ba**	: **A Ba**
41	**A**	: **A**
43	*Π*$_1$ *Π*$_2$ **A Ba**	: *Π*$_1$ *Π*$_2$ **A Ba**
44	**A Ba**	: **A Ba**
47	**A Ba**	: **A Ba**
50	**A G Ba**	: **A**
52	**A G Ba**	: **A**
56	**A**	: **A**
59	**A Ba**	: **A Ba**
60	**A G**	: **A**
64	**A G Ba**	: **A Ba**
65	**A Ba**	: **A Ba**
67	**A G Ba**	: **A Ba**
71	**A G Ba**	: **A**
72	**A G Ba**	: **A** (**G** in v. 8 desinit)
79	**A Ba**	: **A Ba** + Georgid. *β* 1 (v. supra)
81	**A**	: **A**
82	**A Ba**	: **A**
83	**A V Ba**	: **A**[2])
84	**A Ba** Dosith.	: **A**
85	**A Ba**	: **A**[3])
87	**A Ba**	: **A Ba**
94	**A Ba**	: **A**[4])
96	**A Ba**	: **A**

---

1) De duplici prioris versus lectione cf. cap. 4.5 supra.

2) Hoc epim.[1] librarius codicis **A** semiuncialibus litteris exaravit (ut epim.[2], cf. cap. 3.1 supra) quia in eo versus non agnovit, et *ὅτι* formulam in Byzantinis epimythiis vulgatam praemisit (cf. s. v. Haasi Indicem ad CFA et epimythiorum initia in conlectione Bodleiana).

3) Hoc quoque epim.[1] (v. adn. supra) formula *ὅτι* incipit et semiuncialibus litteris in **A** exaratum est; Demetrius Triclinius (**A**^{t}) *στίχοι* in margine adnotavit.

4) Huius fabulae epimythium in **Ba** excidit (cf. adn. ad loc.).

98	**A Ba**	: **A**
103	**A Ba**	: **A Ba**
107	**A Ba**	: **A Ba**
111	**A Ba**	: **A Ba**
116	**A V**	: **A V**
119	**A Ba**	: **A Ba**[1]) + Georgid. π 1 (v. supra)

quibus adde epimythia fabularum

126	**V Ba**	: **V Ba**
136	Π_2 **Ba**	: Π_2 **Ba** + Etymol. M. (cf. supra cap. 3.13.6)

Consideranda sunt etiam epimythia quae codicis **A** librarius in *ecthesi* non scripsit (cf. cap. 3.1 supra) una cum fabulae argumento coalescentia artissimoque vinculo coniuncta:

6	**AG**	: vv. 16–17 habet **A**, om. **G**
39	**A G**	: vv. 3–4 habent **A G**, falso ad Babr. 84 apposuit **Ba** 70
57	**A Ba**	: vv. 12–14 habent **A Ba**
58	**A Ba**	: vv. 8–10 habent **A Ba**
66	**A Ba**	: vv. 7–8 habent **A Ba** (cf. Georgid. α 1)
70	**A Ba**	: vv. 6–8 habent **A Ba**
112	**A**	: vv. 8–10 **A**

his adde:

127	**V Ba**	: vv. 8–9 habent **V Ba**

Ex tabula modo allata haec colligi possunt:

(1) epimythia choliambis inclusa (epim.[1]), quae **A** testatur, per omnes rivulos byzantinae Babrii traditionis sparsim diffusa inveniuntur: epim.[1] **A** fabularum 5, 22, 35 **G Ba** consentientes testantur, epim.[1] **A** fabularum 4, 11, 18, 23, 24, 29, 31, 36, 37, 38, 40, 43, 44, 59, 64, 65, 67, 79, 87, 103, 107, 111, 119 paraphrasta Bodleianus (**Ba**) legebat. ex eodem fonte ac **Ba** Georgides monachus epim.[1] fabularum 18, 31, 79, 119 desumpsit (cf. cap. 3.12.3 supra); epim.[1] **A** fabulae 116 codex **V** exhibet, qui etiam epim.[1] fabulae 126 (quae in **A** excidit) una cum **Ba** ex parte nobis restituit. epimythium fabulae 136, quod in Π_2 legimus, et **Ba** et Etymologicum Magnum (saec. XII) testantur.

Quae, ni fallor, demonstrant Babrii epimythia choliambis inclusa in Byzantina editione **β**, ex qua rami **G V Ba** Georgid. manaverunt (cf. supra cap. 4.2 et 4.7), servata esse.

(2) in Byzantina editione β epim.[1] aliquot exciderant: hoc demonstrant epim.[1] **A** fabularum 12 et 83 quorum nullum exstat neque in **V** neque in **Ba** vestigium (cf. codicum stemma supra allatum). quot epimythia metrica in β exciderint vix dicas.

(3) epim.[1] **A** fabularum 10, 13, 50, 52, 64, 71 et in **G** et in **Ba** desunt ideoque in communi fonte γ, quem vocavi, desiderabantur. an in β quoque defuerint incertum est, nam **V** has fabulas omisit.

(4) epimythia metrica fabularum 11, 29, 64, 67 quae **Ba** legebat in **G** desideran-

1) **Ba** et Georgides duos tantum novissimos epimythii versus testantur, vv. 13–14: versus 11–12 omiserunt (cf. p. XLIV adn. 1) qui an in β quoque defuerint incertum.

tur quia, ut supra demonstravi (cap. 4.7), librarius codicis G exemplar γ paene dilapsum transcripsit. adde quod (a) fabulae 6 epimythium piscator ipse pronuntiat:

ἔφη δὲ πείρων αὐτὸν ὀξέῃ σχοίνῳ·
ὁ μὴ τὰ μικρὰ πλὴν βέβαια τηρήσας
μάταιός ἐστιν ἢν ἄδηλα θηρεύῃ.

in *σχοίνῳ* desinit G. (b) extremus fabulae 20 versus (*ὅταν τι ποιῇς καὐτὸς ἢ μάτην εὔξῃ*) in codice A et in codice V in *ecthesi* grandiore littera initiali exaratus est, velut epim.[1] (V etiam *μὴ* pro *ἢ* habet). hunc versum omisit G.

Quae si vix casu accidisse mecum consentias, epimythia metrica in exemplari γ a G adhibito rubricata esse pro certo fere conicias: qua de causa in codice paene dilapso omnia fere omnino evanuerant. memoria dignum quod in codice **Ba**, qui et ipse ex γ pendet, omnia epimythia rubricata sunt (cf. supra cap. 3.9).

Epimythia choliambis inclusa antiqua et genuina esse haec quoque demonstrant:

(1) Epimythia promythiaque Phaedriana formulis locutionibusque saepe cum Babrianis concinunt. cf. e. g.: Phaedr. I 14 epim. *hoc pertinere ad illos dixerim* ..., Babr. 56, 8 *ὁ λόγος δοκεῖ μοι πᾶσι τοῦτο σημαίνειν* ...; Phaedr. II 8, 27 ... *praedamque tollit. haec significat fabula* / ..., Babr. 36, 13 *κάλαμος μὲν οὕτως· ὁ δέ γε μῦθος ἐμφαίνει* ...; Phaedr. II 1 epim. *exemplum egregium prorsus* ..., Babr. 107, 17 *σαφὴς ὁ μῦθος* ...; Phaedr. III 6 epim. *hac derideri fabula* ... *potest* ..., Babr. 84, 7 *γελοῖος ὅστις* ...; Phaedr. I 10 prom. *hoc attestatur* ... *fabula*, I 12 prom. *testis* ... *haec narratio est*, IV 17 epim. *hoc argumentum monet* ..., Babr. 18, 15 et 31, 23 *λέγει δ' ὁ μῦθος* ..., 116, 15 *ἔμφασις δὲ τοῦ μύθου* ..., 36, 13 *ὁ δέ γε μῦθος ἐμφαίνει* ..., 22, 13 *φάσκει δ' ὁ μῦθος* ..., 38, 8 et 96, 5 *ὁ μῦθος* ... *μηνύει* ...; Phaedr. I 15 prom. *id esse verum* ... *haec fabella indicat*, Babr. 96, 5 *ὁ μῦθος ὀρθῶς* ... *τοῦτο μηνύει*; Phaedr. IV 11 epim. *quot res contineat hoc argumentum utiles* ..., Babr. 59, 16 *τί οὖν ὁ μῦθός φησιν ἐν διηγήσει*; Phaedr. V 2 epim. *illi assignari debet haec narratio* ..., I 1 epim. *haec propter illos scripta est fabula* ..., Babr. 34, 14 *πρὸς τοῦτον ἄν τις καταχρέοιτο τῷ μύθῳ* ... etc. vide etiam B. E. Perry, The Origin of the Epimythium, TAPhA 71, 1940, 401–402.

(2) epim.[1] Babrii manum produnt quia formulis stereotypis plerumque insignita sunt. cf. epimythiorum initia: 4, 6 *σωτηρίη πώς ἐστι* ..., 12, 25 *παραμυθίη τίς ἐστι* ..., 47, 15 *φιλαδελφίη μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώποις*, 85, 19 *συμφωνίη μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώποις*, 22, 15 *ἐλεεινὸς ὅστις*, 84, 7 *γελοῖος ὅστις*, 103, 20 *μακάριος ὅστις*, 50, 20 *σοφὸν τὸ θεῖον*, 33, 35 *δεινὸν τὸ φῦλον*, 52, 7 *κακοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι*, 81, 5 *κακοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι*, 13, 13 *κακοῖς ὁμιλῶν*, 94, 9 *κακοῖς βοηθῶν*, 41, 3 *βλάψεις σεαυτὸν*, 43, 16 *περὶ τῶν σεαυτοῦ*, 67, 9 *μέτρει σεαυτὸν*, 72, 23 *ὦ παῖ, σεαυτὸν* ..., 18, 15 *λέγει δ' ὁ μῦθος*, 22, 13 *φάσκει δ' ὁ μῦθος*, 116, 15 *τουτὶ μὲν οὕτως· ἔμφασις δὲ τοῦ μύθου* ..., 36, 6 *κάλαμος μὲν οὕτως· ὁ δέ γε μῦθος ἐμφαίνει* ..., 18, 14–15 *Βορέης μὲν οὕτω* ..., *λέγει δ' ὁ μῦθος*, 57, 12 *ἐντεῦθεν* ..., 23, 9 *ἐντεῦθεν* ..., 38, 8 *ὁ μῦθος ἡμῖν τοῦτο πᾶσι μηνύει*, 96, 5 *ὁ μῦθος ὀρθῶς πᾶσι τοῦτο μηνύει*, 56, 8 *ὁ λόγος δοκεῖ μοι πᾶσι τοῦτο σημαίνειν*, 44, 7 *ὅταν μάλιστα ζῆν θέλῃς ἀκινδύνως*, 31, 23 *λέγει δ' ὁ μῦθος· εἰς τὸ ζῆν ἀκινδύνως* ..., 74, 15 *διὸ δυσκολαίνει* ..., 66, 7 *διό μοι δοκοῦσι*, 21, 11 *ὁ τὴν παροῦσαν* ..., 14, 5 *ὁ ζῶντα βλάπτων*, 10, 13 *ἅπας ὁ χαίρων* ... (cf. Phaedr. I 10 prom. et I 21 epim.: *quicumque* ...). confer etiam: 37, 13 *ἔργοις ἔπαινος*, fr. 14, 5 *συνετοῖς ἔπαινος*, 96, 6 *μηδεὶς* ... *γαυρού-*

σϑω, fr. 16, 12 μηδεὶς ... προσαιτείτω. adde quod παῖδα vel Βράγχον Babrius adloquitur in 18, 15; 72, 23; 74, 15 (cf. Prol. I, vv. 2. 10 et Prol. II, v. 1).

Quae cum ita sint, aut omnia epim.[1] Babrio tribuas aut omnia ab eo abiudices necesse est.[1])

(2) De epim.[2]

De epim.[2], quae recentiore aetate, plerumque a Byzantinis magistellis, ad Babrii fabulas apposita sunt, pauca addam.

In codice A Babrii fabulae pleraeque (77 numero inter 122 quas A continet) epimythiis soluta oratione conscriptis (epim.[2]) instructae sunt. epim.[2] pro scholiis a Byzantino librario habita esse haec demonstrant: (a) omnia epim.[2] semiuncialibus quae dicuntur litteris exarata sunt (cf. cap. 3.1 supra); (b) librarius codicis A saepe inter fabulas spatia vacua reliquit quo facilius procedente tempore huiusmodi scholia insererentur. unius versus spatium vacuum solum post fabb. 7 et 39 reliquit, binorum versuum ceteris locis (post fabb. 6, 23, 25, 30, 36, 38, 40, 55, 57, 65, 66, 69, 70, 112, 115, 116).[2]) fabulae 23, 36, 38, 39, 40, 65, 116 epimythiis Babrianis (epim.[1]) praeditae sunt, ceterae epimythiis omnino carent; (c) initio plura binorum versuum spatia fuisse demonstrant epim.[2] quaedam duorum versuum ambitu veluti compressa coactaque ut e. g. epim.[2] fabb. 13, 51, 114 etc. nam saepius epim.[2] latiore scripturae ductu exarata trium vel quattuor versuum spatia amplectuntur (cf. epim.[2] fabb. 16, 17, 19, 26, 45, 48, 49, 64, 72 etc.).

Itaque, ni fallor, pleraque, at non omnia epim.[2] Athoi codicis librarius in ipso suo apographo legerat. alia ex aliis fontibus hausit: spatia vacua hic illic relicta et arta quaedam cum vulgatis Augustanis epimythiis cognatio[3]) Athoi codicis scholia moralia cum Byzantinis fabularum epimythiis contaminata esse demonstrant: cf. exempli gratia: epim.[2] fab. 17 πρὸς τοὺς ἀπὸ πείρας γνωρισϑέντας κακούργους καὶ μηκέτι ταῖς τούτων ὑποκρίσεσί τινα ἐξαπατᾶσϑαι, epim. CFA 81 I ὁ λόγος δηλοῖ ὅτι οἱ φρόνιμοι τῶν ἀνϑρώπων, ὅταν τῆς ἐνίων μοχϑηρίας πειραϑῶσιν, οὐκέτι αὐτῶν ταῖς ὑποκρίσεσιν ἐξαπατῶνται (cf. etiam epim. CFA 166 I); epim.[2] fab. 86 ὁ μῦϑος

---

1) De epim.[1] A aliter sentit La Penna. de omnibus dubitare licet: nam sententia et oratio ubique flaccet et a Babriana elegantia abhorret. nimiae tamen audaciae foret omnia reicere: aliquando concedere potes Babrium laxius incedere. sed aliquando multa immutanda sunt ut textum resarcias (vide ex. gr. 13, 83). alibi epim.[1] sententia supervacanea amplificatio videtur: epim.[1] 50 ad deos vel deum unicum (τὸ ϑεῖον) refert quod narratio de Ὅρκῳ praedicavit; epim.[1] 126 versu flaccido et inutili auditorem monet et omnia vitia in praesentem aetatem inducit, sed narratio solum ψεῦδος induxit et Veritatis verba optime expleverunt fabulae sententiam. haud absurda est epim.[1] 40 sententia sed absurdum videtur in epim.[1] civitatem ipsam inducere Aesopi fabulam narrantem. in epim.[1] 85, quod semiuncialibus litteris exaratum est, versus alter metrum habet durum et insolitum (anapaestum in secunda sede, brevem syllabam in exitu). nimis dura vel paene insulsa Babrio pudet tribuere: quare epim.[1] 34, 81, 82, 84, 87, 107, 111 La Penna reicere malit; de epim.[1] 10, 21, 22, 29, 33, 36, 37, 47, 71, 72, 79, 116 dubitat. in huiuscemodi quaestionibus frustra certam normam quaeras qua spuria a genuinis secernas. [La Penna]

2) Post fabb. 30 et 39 siglum λείπει scripsit A[t].

3) Epim.[2] fab. 9 ~ epim. CFA 11 I; epim.[2] fab. 13 ~ epim. CFA 208 I; epim.[2] fab. 17 ~ epim. CFA 81 I; epim.[2] fab. 50 ~ epim. CFA 22 I; epim.[2] fab. 81 ~ epim. CFA 14 I; epim.[2] fab. 86 ~ epim. CFA 24 I; epim.[2] fab. 89 ~ epim. CFA 160 I; epim.[2] fab. 121 ~ epim. CFA 7 I; epim.[2] fab. 122 ~ epim. CFA 198 I.

παραινεῖ[1]) *μηδαμῶς σπεύδειν τινὰ πρὸς πλεονεξίαν τοῦ πέλας, γινώσκων ὅτι τὰ χαλεπὰ τῶν πραγμάτων ὁ χρόνος διαλύει*, epim. CFA 24 I *ὁ λόγος δηλοῖ ὅτι τὰ χαλεπὰ τῶν πραγμάτων*[2]) *ὁ χρόνος διαλύει.*

Fontes ex quibus epim.² hausta sunt varios diversosque fuisse aperte patet: e. g. epim.² fab. 103 ex Pseudo-Dosithei Hermeneumatis sumptum est (cf. Ps. Dosith. 6 ap. CFA vol. II p. 123), epim.² fab. 49 ex recentiore quodam fonte philosophico fluxit (cf. *τὸ αὐτεξούσιον*), epim.² fabb. 64 et 117 fontem theologicum sapiunt (cf. locutiones *κοσμικαῖς ἀρχαῖς* et *τοῦ θεοῦ . . . ἀκαταλήπτους οἰκονομίας*). hic illic explicandi gratia mutatis verbis ipsa Babrii epimythia (epim.¹, v. supra) vel novissima fabulae verba in epim.² retractantur, cf. e. g. epim.² fabb. 11, 47, 52, 82, 94, 110, etc.

Epim.² scholiorum more etiam in *β* addita esse hoc probat, quod et **Ba** et **V** et Georgides ea testantur. epim.² fabb. 15, 16, 45, 51, 72, 82, 83, 86, 92, 93, 95, 105, 114, 117, 134 per paraphrasin auctor Bodleianus (**Ba**) expressit.[3]) epim.² fabb. 12, 21, 27, 28, 68, 77, 83, 88, 90, 99, 101, 114, 117 habet **V**, qui nobis etiam epim.² fabularum quae in **A** exciderunt restituit, cf. fabb. 124, 125, 126, 128, 131, 132, 133, 134, 135. Georgides monachus in Gnomologio suo transcripsit epim.² fabularum 11, 26, 53, 63, 66 (cf. duorum vv. spatium vacuum post hanc fabulam in **A** relictum), 78, 89, 99, 106, 114, 122, 124, 140. epim.² fabularum 99, 114, 124 **V** et Georgides consentientes testantur, epim.² fab. 83 **Ba V** exhibent.

In codice **G** nullum epim.² vestigium exstat vel quia librarius additicia scholia[4]) transcribere noluit (epim.² nonnulla in *γ* quoque fluxisse **Ba** pro certo testatur, v. supra), vel quia et ipsa ut quidem epim.¹ (v. supra) in *γ* rubricatis litteris exarata erant (nam in **Ba** omnia epimythia rubricata sunt, et quae ex epim.¹ fluxerunt et quae ex epim.² pendent).

Si quaestiones omnes quas supra exposui attente perpendas, spero fore ut mecum consentias omnes Babrii testes hac fere ratione inter se conecti posse:


---

1) *μῦθος . . . παραινῶν* saepius in promythiis ad Aphthonii fabulas appositis occurrit, cf. prom. Aphth. fabb. 3, 4, 5, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14 etc.

2) Locutio *τὰ χαλεπὰ τῶν πραγμάτων* etiam in epim. CFA 77 I et 239 I invenitur.

3) Bodleiana epimythia etiam alibi (cf. e. g. epim.² fabb. 13, 53, 89, 96, 113, 120, 121 etc. et adn. ad locc.) ab epim.² originem ducunt, at haud recta via: nam cum epimythiis metaphrasium (cf. cap. 4.8a supra) ad verbum fere concinunt (metaphrasta, ut supra monui, inter fontes suos *β* in primis prae oculis habuit).

4) In Augustanis fabulis (CFA I), quae ante Babrii aliorumque fabulas iambicas in **G** transcriptae sunt, librarius solum post primae fabulae epimythium scholium semiuncialibus litteris exaratum transcripsit quo epimythium ipsum mutatis verbis explicatur: et ne hoc quidem integrum sed ex parte solum expressit (textum vide ap. B. E. Perry, Studies in the Text History of the Life and Fables of Aesop, Haverford Pennsylv. 1936, 78).



De Suida et Π_1 Π_2 Π_3 Π_4 vide supra capp. 4.3; 4.4.

5. ADNOTATIONES DE BABRII ARTE METRICA

Choliambi structuram siglaque brevitatis gratia infra adhibita praemitto:

	×	–	∪	–	×	–	∪	–	×	–	–	⌓
el(ementa)	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

B = syllaba brevis
L = syllaba longa quae vocalem longam vel diphthongum continet (i. e. *μακρὰ φύσει*)
L^b = syllaba longa quae vocalem brevem continet (i. e. *μακρὰ θέσει*)
C = consonans
$\breve{V}$ = vocalis brevis
$\bar{V}$ = vocalis longa vel diphthongus
$\breve{\bar{V}}$ = vocalis *dichronos* (i. e. *ᾰ ῐ ῠ*), vel vocalis brevis ante 'mutam cum liquida' vel ante *ζ* posita, vel diphthongi *αῐ οῐ* breviati (cf. § 21 infra).
\+ = vocabuli exitus in verborum cursu positi (e. g. siglis ... LBB+ vocabulum trium vel plurium syllabarum notatur quod binis brevibus concluditur; BB+ est vocabulum ex duabus brevibus syllabis constans, etc.)

Cum de Babrii arte metrica iam alibi disseruerim[1]), eas nunc breviter metri Babriani proprietates adnotabo quae ad textum constituendum auxilio esse possunt. adnotationes habes de choliamborum clausula (§ 1–7); de incisionibus (§ 8–12); de divisionibus verborum in altero

1) Cf. meam commentationem Fra poesia e retorica: la clausola del «coliambo» di Babrio, QUCC n. s. 19, 1985, 97–127.

hemistichio (§ 13–14); de pedibus solutis (§ 15–19); de enclisis accentu in el. 3, 5, 7, 9 vitato (§ 20); de syllabarum quantitate (§ 21); de synalipha (§ 22); de crasi (§ 23); de aphaeresi (§ 24).

(1) *el. 12*

syllaba L constat (~ 97,2% vv.)[1]), i. e. ... (C)V̄(C), cf. fabulas passim (Hipponax, Callimachus, Herodas longas ultimas [L] habent circiter 64%).[2])

syllaba L^b constat (~ 2,8% vv.), i. e. plerumque ... CV̆C[3]) (cf. e. g. 7, 2 -τον, 106, 17 -σαν, 57, 9 -περ, 68, 6 -τος, 113, 4 -μιν, 142, 8 -χεν etc.), perraro ... CV̄ (e. g. 116, 3 -δα, 23, 4 -να, 65, 1 -νι, 65, 8 -θι, 23, 7 -αῖ, 30, 6 -αῖ etc.)[4]), *numquam* ... CV̆, i. e. B (certe corrigendi sunt vv. exitus e. g. 1, 5 A *σπεῦδε*, cf. v. 6; 106, 4 A *ἐπειρᾶτο*, cf. 57, 12; 134, 16 etc.; vide 43, 4 ubi Π_2 habet *ἐλυπεῖτο* sed A recte *ἐλυπήθη*, cf. etiam fr. 5, 18).

Si haec ita se habent, Babrii choliambi, utpote qui 'indifferentiae' quae dicitur vel *ἀδιαφορίας* legi minime obtemperent (cf. e. g. Hephaest. p. 14, 15 Consbr. et L. E. Rossi, Anceps vocale sillaba elemento, RFIC 91, 1963, 6sqq.) pro rhetorum *colis* potius quam pro versibus habendi sunt: cf. Babrii ipsius verba in Prol. I 19 (*κῶλα θηλύνας*) et meam commentat. s. l.

(2) *el. 11*

syllaba L plerumque constat (~95% vv.), raro syllaba L^b (cf. fabulas passim).

(3) syllaba L (raro L^b) qua el. 11 expletur fere semper (~98% vv.) *accentu acuto feritur*, quam recentiorum poetarum graecorum inde a saeculo I post Chr. n. tritam consuetudinem fuisse constat.[5]) nullam offensionem habent choliamborum exitus velut *ὥσπερ* (57, 8), *ἥτις* (95, 101; 102, 11), *ἤν τις* (50, 20), *τοίνυν* (33, 12; 47, 8; 100, 8) quos Babrius etsi perraro adhibuit: immo ad certam grammaticorum normam respondent qui accentum acutum ante encliticam vocem positum maiore quadam soni vi praeditum esse praecipiebant.[6])

in circiter 2% vv. syllaba in el. 11 posita circumflexo accentu feritur, cf. e. g. 30, 6 *δεῖξαι*, 52, 4 *ἀκουσθῆναι*, 106, 16–19 *μοῖραν*, *σιγῶσαν*, *ἀποσχοῦσαν*, 107, 3 *θῆρα*, 116, 3 *παῖδα* etc.

---

1) Numeri rationesque in fabulis 1–122 quae in A servatae sunt computantur.

2) Cf. numerorum rationes ap. I. C. Cunningham, Herodas Mimiambi, Oxford 1971, 218–219.

3) Nam 'accessione consonantium momenta temporum crescere' docebant grammatici et rhythmici: cf. Mar. Victor. (= Aphthon.) VI 39, 16sqq. Keil et Dion. Hal. Comp. verb. 57, 17sqq. Us.-Raderm.

4) Cf. e. g. quae Hermogenes *π. ἰδ.* 253, 18sqq. Rabe de clausula *ἀγῶνα* docet, et Arist. Quint. De mus. 78, 15 W.-I. vide Crus. Prolegom. XLII.

5) Cf. J. Wackernagel, Indog. Forsch. Anz. 43, 1925, 50 (= Kleine Schr., Göttingen 1959, II 1190), P. Maas, Paroxytone Versschlüsse, Phil. Woch. 42, 1922, 581sq. (= Kleine Schr., München 1973, 193sq.) (adde P. Maas, Gr. Metr. § 21), A. Dihle, Die Anfänge der griechischen akzentuierenden Verskunst, Hermes 82, 1954, 184sqq. et meam commentationem Fra poesia e retorica ... 125sqq. de acuti accentus vi in clausulis disseruerunt veteres grammatici, in primis Heliodorus (saec. I p. Chr. n.): cf. Schol. in Dion. Thr. 52, 16sqq. Hilgard et Heliodorum ap. Choerob. Schol. in Hephaest. 205, 2sqq. Consbr.

6) Cf. quae affert Choerob. Schol. in Hephaest. 183, 16sqq. Consbr. et meam commentationem p. 127.

(4) numquam syllabae in el. 10 vel 12 positae accentu feriuntur[1]: quam ob rem cum editoribus plerisque corrigendi sunt choliamborum exitus 12, 18 *μήνυσον* A G V, 10, 14 *πηρός* A; 19, 2 *κερδῶ* A G, 79, 8 *ἀνήλωται* A (sed cf. Georgid. ad loc.); 73, 1 *κλαγγήν* A, 31, 13 *τειχῶν*, 50, 19 *ἀπέκτεινας* A (sed cf. G ad loc.). in versuum exitu formae *ἡμῶν, ὑμῶν, ἡμῖν, ὑμῖν, ἡμᾶς, ὑμᾶς* pro encliticis habendae sunt[2]) (i. e. scribendum est *ἥμων, ὕμων* etc.), etsi in codd. vulgati accentus occurrunt: cf. vv. exitus 9, 9; 25, 10; 26, 11; 27, 7; 33, 11; 47, 11; 58, 9; 90, 4; 98, 7; 113, 4; 119, 8 (cf. adn. ad Prol. I 15 et 128, 8).

(5) Syllabae longae (L) in el. 11 et 12 positae sonoritatis vocalitatisque gratia saepe hiatum efficiunt[3]), cf. e. g. clausulas versuum 6, 1 sqq. (*-ύων, -είης, -αίων, -ῴην, -αίων, -εύῃ*), 15, 1 sqq. (*-αίῳ, -ώων, -αίῃ, -είης, -είης, -είῃ, -αίοις*) etc.

(6) *el. 9*

syllaba B constat[4]) (~98% vv.): cf. fabulas passim.

syllaba CV̆(C) constat (~2% vv.): cf. e. g. 23, 1 *μακρ-*, 14, 5 *μεθρ-*, 71, 6 *μεβλ-* (de V̆ ante *βλ* posita v. infra § 21, 1), 93, 5 *-ταβλ-*, 95, 29 *μεζ-*, 107, 16 *-τιζ-*, 53, 4 *-σιζ-*, 95, 29 *μεζ-*, ideoque 13, 13 *μῑ-* ob dichronon vocalem tolerari posse recte iudicavit Hohmann.

Versuum exitus 82, 11 *σαυτὸν εἶναῐ τοῖς φαύλοις*, 99, 4 *μὴ μεθεῖναῐ τὴν πίστιν* poetam adhibuisse qui etiam in el. 3 et 7 *οῐ* haud vitaverit (v. infra § 21, 5a) verisimile puto.

Vix Babrium 22, 9; 45, 3 *λευκανθιζούσας* (i. e. el. 9 = CV̆C) scripsisse putaveris: facillime securiusque *λευκᾰθιζούσας* restituas velim.

(7) In summa: in choliamborum clausulis conformandis Babrius recentiorum rhetorum doctrinam secutus esse videtur potius quam poetarum usum qui eum antecesserunt: epitritus vel *ἵππειος* primus qui eo tempore vocabatur (i. e. ⏑ – – –) in fine choliambi positus, vocales attente selectae sonique in versuum exitu subtilius modulati cum doctrina *περὶ γλυκύτητος* congruunt de qua Hermogenes medio saeculo II p. Chr. n. in opere suo *περὶ ἰδεῶν* luculenter disseruit: difficilis Babrii metaphora ad *ἵππον ὁπλίτην* spectans, quam poeta noster in Prol. II vv. 8 sqq. adhibuit, eum de choliamborum clausula in *ἵππειον* pedem conformata loqui demonstrat.[5]) Terentianus Maurus grammaticus qui medio circiter saeculo II p. Chr. n. de metris scripsit, in choliambi clausula epitritum primum agnoscit: cf. De metris vv. 2401 –

---

1) Hanc legem primus H. L. Ahrens agnovit (De crasi et aphaeresi cum corollario emendationum Babrianarum, Ilfelder Progr., Stolberg 1845, 31). Lachmann et amici Berolinenses in Babrii editione anno 1845 prolata hanc normam neglexerunt ideoque ap. Lachmanni Babrium *πηρός, μήνυσον, ἡμῶν* etc. in vv. exitu legis.

2) Cf. Crus. Prolegom. XLIII, qui locum Herodiani grammatici ex Arcadii quae dicitur Epitoma desumptum (cf. Arcad. 143, 6–23 Schm.) affert (= Herodian. I 558 sq. Lentz) *καὶ τὰ πληθυντικὰ τοῦ τε πρώτου προσώπου καὶ δευτέρου ἡμῶν ὑμῶν ἡμῖν ὑμῖν ἡμᾶς ὑμᾶς τετράχρονοι οὖσαι ἐπειδὰν ἐγκλίνωνται, τὴν πρώτην συλλαβὴν ὀξύνουσιν· ἤκουσεν ἥμων, ἔδωκεν ἥμιν, καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν οὕτως.*

3) Cf. Demetrii rhetoris adnotationes de hiatu in De eloc. § 70 sq., e. g. *ἔχει γάρ τινα ... ἡ σύγκρουσις οἷον ᾠδὴν ἐπιγινομένην*. de versuum clausula *ζῴων* quam Babrius adamavit cf. De eloc. § 74.

4) Cf. Crusii Prolegom. XL sqq. et Hephaest. 17, 8 Consbr., cui *εὐπρεπής* est choliambi clausula *οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω* (i. e. el. 9 = CV̆), *τραχυτέρα* autem clausula *ἀλλᾶντα ψύχων* (i. e. el. 9 = CV̆C). vide quae O. Masson in Hipponactis editione 23–24 de el. 9 ap. Hipponactem ceterosque choliamborum scriptores affert.

5) Vide meam commentationem Fra poesia e retorica ... 115 sqq. cf. in primis Diomed. I 479, 5 sqq. Keil et Iuba fr. 12 Hense (ex Mar. Victor. VI 41, 18 Keil), id. fr. 13 B Hense (ex Mar. Victor. VI 48, 12 Keil).

2402 ... *epitritos nam primus implet hanc partem / brevis locata cum sit ante tres longas.*

(8) Nullus Babrii choliambus usitatis incisionibus caret.

(9) Incisionem post el. 5 (sine incis. post el. 7, v. infra) saepius adhibuit (~50% vv.). Radermacheri norma (Philol. 55, 1896, 433sqq.): si penthemimeres incisio post duo monosyllaba occurrit (cf. e. g. 66, 3 ἄνθρωπον ἐκ γῆς|) et el. 4 monosyllabo L^b constat, in el. 5 monosyllabum L invenis: cf. e. g. Prol. I 12 (ἐφύετ' ἐκ γῆς); 13, 11; 38, 5 (τὸν πέλεκυν ὅς μου); 53, 5; 95, 72; 108, 14; 111, 11 etc. excipiuntur loci 108, 1 et 124, 17. hanc normam, cuius certa vestigia apud tragicos comicosque poetas agnoscuntur, recentiores iamborum scriptores diligenter observarunt (cf. Raderm. 435–436 ubi de Dionysii geographi, de Pseudo-Scymni, de Georgii Pisidae iambis disputat).

(10) Post el. 7 circiter 18% vv. inciduntur.
Trisyllaba vel polysyllaba verba in hephthemimere posita plerumque proparoxytona sunt, rarius properispomena, cf. e. g. 1, 2 ἔμπειρος, 2, 5 κατῆγε, 3, 1 ἔπαυλιν, 3, 8 χίμαιρα, 3, 9 ηὐστόχησα etc. perraro (~ 1%) verba in hephthemimere posita oxytona sunt[1]), cf. 13, 9; 15, 11; 18, 12; 26, 2; 67, 7; 72, 20; 91, 8; 102, 5; 112, 9; 135, 11. ideoque malui 11, 7 ἄμητος scribere quam ἀμητός; 45, 12 γελαστός coniectura nescio an recipi possit. 136, 7 melius εὔτμητον et 72, 20 melius κορύδαλος.
Hephthemimerae incisiones haud raro in contiguis versibus iterantur: cf. 2, 5–6; 3, 8–9; 9, 7–9; 43, 13–15; 95, 44–45; 104, 1–2; 106, 11–12; 122, 11–12 etc.

(11) Post el. 5 simulque post el. 7 circiter 32% vv. inciduntur et saepe binae hae incisiones in versibus contiguis iterantur: cf. e. g. 1, 14–16; 2, 13–16; 4, 2–3; 7, 6–7; 9, 5–6; 12, 14–15; 15, 2–4 etc.

(12) circiter 10% vv. una cum penthemimere aut cum hephthemimere (raro cum utraque, cf. e. g. 26, 11; 31, 2; 34, 1) etiam trithemimeren incisionem (post el. 3) exhibent. trisyllaba in trithemimere posita plerumque proparoxytona sunt (cf. e. g. 1, 1; 1, 10; 1, 11; 2, 12; 6, 4; 7, 1; 10, 4; 12, 14; 13, 1; 15, 6; 15, 13; 16, 1 etc.) vel rarius properispomena (cf. e. g. 7, 4; 8, 3; 11, 4; 13, 9 etc.), perraro oxytona (cf. e. g. 36, 5; 50, 2; 85, 3; 88, 17; 99, 2). cf. § 10 supra.

(13) Divisiones verborum post el. 8 / 10 vel post el. 7 / 9 in eodem versu simul occurrentes, quas vetustissimi iamborum scriptores vitarunt[2]), Babrius, ut quidem tragici et comici poetae et Herodas mimographus, saepissime adhibuit: divisiones verborum post. el. 8 / 10: cf. e. g. 1, 3 (καὶ φόβου δρόμος πλήρης); 2, 9. 13; 3, 5; 4, 3. 6. 7; 5, 3. 12; 6, 2. 11; 7, 11. 14; 8, 2. 3; 9, 1. 5. 8. 10; 10, 12. 13; 11, 8 etc.; divisiones verborum post el. 7 / 9: cf. 1, 8 (εἶτα τοξεύει); 1, 9; 1, 16; 2, 5; 2, 16; 3, 7; 4, 5; 5, 2; 5, 5; 5, 10; 7, 1; 7, 4; 9, 7 etc.

(14) Monosyllaba in choliamborum exitu Babrius numquam adhibuit: sola monosyllaba enclitica cum monosyllabis in el. 11 positis coalescentia in exitum admisit, cf. μήπως (136, 4), ἥτις (95, 101), τοίνυν (33, 12; 47, 8; 100, 8). ἤν τις (50, 20) velut ὥς περ / ὥσπερ (57, 8) ob enclisin bisyllabum efficit.

(15) Circiter 18% vv. pedes solutos exhibent. singuli plerumque pedes soluti in uno quoque versu occurrunt (cf. e. g. 1, 10; 13, 8; 36, 4; 43, 5; 43, 10; 54, 2; 74, 10;

---

1) Babrius mediam fere viam tenet inter iamborum artem antiquam (cf. e. g. tragicos poetas) et byzantinam (cf. insignem Hilbergi quae vocatur legem: I. Hilberg, Ein Akzentgesetz der byz. Jambographen, BZ 7, 1898, 337sqq., et P. Maas, Der byzantinische Zwölfsilber, BZ 12, 1903, 278sqq. = Kleine Schr., München 1973, 242sqq.).

2) De Knoxii quae dicuntur normis (cf. A. D. Knox, Philol. 87, 1932, 18sqq.) vide D. Korzeniewski, Griechische Metrik, Darmstadt 1968, 51–52 et stud. conspectum ibid.

95, 65 etc.), bini in circiter 2% vv. (e. g. 1, 10; 13, 2; 40, 1; 84, 4); in fabulis servatis unus choliambus 106, 15 tribus pedibus solutis instructus est.

De pedibus solutis ap. Babrium accuratissime disseruit M. Ficus, Über den Bau des griechischen Choliambus, insbesondere über den des babrianischen Mythiambus, in: A. Rossbach, Griechische Metrik, Leipzig 1889, 827 sqq.

(16) de anapaestis

in el. 1–2: circiter 10% vv. (ut ap. Soph. vel Eur. multo plures quam ap. choliamborum scriptores). anapaestus ita conformatur:

BBL+ vel rarius BBL^b+, cf. e. g. *γενεή* (Prol. I 1); Pr. I 8–10; 4, 1; 6, 1; 9, 1; 10, 2; 13, 2. 12 etc., vel *ἔλαβόν σε* (13, 11); 43, 1; 46, 8; 63, 7; 77, 9; 95, 20 etc.

BB+L+ vel BB+L^b(. .), cf. e. g. *ἐπὶ τοῖς* (43, 5); *ἕνα βοῦν* (55, 1); *τότε δή* (89, 10), vel *πάλιν ἔστι* (51, 10) etc.

B+BL(. . .) vel B+BL^b (. . .), cf. e. g. *ὁ λέων* (67, 4); *ὁ γεωργός* (33, 10), vel *ὁ μέγας δ'* (4, 5); *τὰ περισσά* (31, 19) etc.

B+B+L (. . .) vel B+B+L^b . . ., cf. e. g. *ὁ δὲ βοῦς* (55, 6); *ὁ δὲ χειροτέχνης* (30, 4), vel *τί γὰρ ἄρτι* (122, 5); *ὁ δὲ μόσχος* (37, 7) etc.

in el. 3–4: paucos habes anapaestos quos tamen vel nullo modo adimas vel non est cur adimas (nam, ut ex hoc capite de re metrica aperte patet, haud pauca sunt quibus Babrii *κῶλα* a choliambis Hipponactis vel Callimachi vel Herodae distent): 10, 12 *τούτῳ κεχόλωμαι* (A G), 50, 20 *λαθεῖν ἐπιορκῶν*, 57, 6 *τῷ τῶν Ἀράβων*, 69, 2 *κύων ἐδίωκεν* (cf. adn. ad loc.), 70, 2 *παρῆν ἐφ' ἅπασι* (cf. adn. ad loc.), 76, 12 *σάλπιγξ τ' ἐκέλευε* (cf. adn. ad loc.), 85, 20 *τὸ δὲ στασιάζον* (anap. potius quam tribr. agnoscas, v. 17 infra), 96, 6 *μηδεὶς διὰ καιρὸν*, 133, 1 *ὄνος παλιούρων*. locum 88, 17 *εἶπε κορυδαλλός* (A) transpositis verbis immutarunt edd. plerique (*κορ. εἶπε*): malim *εἶπεν κορυδαλλός* vel *κορύδᾰλος*, nam Babrius dichronis interdum usus est (cf. § 21, 4 infra).

Locos 27, 6a (G V, om. A) *κρεῶν ἀνεῳγός*, 75, 6 *οὐκ ἐξαπατῶ σε* A, 75, 16 *ἐπὶ τὸ θεραπεύειν* A non ob alterius pedis anapaestum sed aliis de causis vix Babrio tribuas (cf. adn. ibid.). 51, 3 *ἔκειρεν ἀτέχνως* recipias si *τε̆χν-* metiaris (nam anapaestos . . . B+BL . . . Babrius omnino vitavit): malui tamen cum Eberh. aliisque levi medela *ἔκειρ' ἀτέχνως* scribere. etiam 111, 8 *εἰς τὴν μεσόγειον* facile in *εἰς τὴν μεσόγεων* immutatur, et 108, 2 *ταμιείοις* in *ταμείοις*.

in el. 5–6: uno loco 72, 21 *καὶ κορυδαλλός* nescio an melius *καὶ κορύδᾰλος* (*α* dichronos) restituas (adde quod Babrius, ut supra demonstravi, oxytona verba polysyllaba in hephthemimere vitavit), cf. 88, 1 A.

(17) de tribrachis

in el. 1–2: eandem fere numerorum rationem Babrius exhibet atque Herodas, 0,5% (Hipponax autem 4,2%, Callimachus 1,2%, cf. Cunningham, loc. laud.)

in el. 3–4: circiter 5% vv. (multo plures quam ap. choliamborum scriptores, cf. Cunningham)

in el. 5–6: circiter 2% (Hipponax et Callimachus ne unum quidem exemplum habent, Herodas solum ~0,4%, cf. Cunningham)

in el. 7–8: solutiones in hac sede metrica Babrius perraro adhibuit, nam soli ~1% vv. tribrachos in el. 7–8 exhibent (etiam Herodas solum 0,4%, Hipponax et Callimachus numquam).

Tribrachys pes ap. Babrium hac ratione conformatur:

plerumque (. . .) B+BB (. . .) i. e. prima tribrachi syllaba brevis a binis insequentibus divisione verborum dividitur: cf. e. g. *ὁ πόλεμος* (76, 2), *τὸ βέλος* (68, 6), *ἔδωκε ποταμῷ* (36, 2), *οὐκ εἰμὶ γέρανος* (13, 5), *ποτ' ἐπεβούλευεν* (97, 1), *ἤλαυνε διὰ γῆς* (57, 3), *ἀγνυμὸς ἐγεγόνει* (102, 5), etiam cum elisione, cf. e. g. *κώδωνα δι' ἀγορῆς* (104, 4) etc.

rarius (. . .) B+B+B+, cf. *χόλασιν· ὁ δὲ* (1, 10), *ἔδωκεν· ὁ δὲ γέρων* (33, 18), etiam cum elisione, cf. *τις ὁ δ' ἀποπηδήσας* (108, 21) etc.

paucis locis etiam BBB . . . +, cf. e. g. *μαχομένη* (36, 10), *θεμελίοις* (59, 14), *πολε-*

μίων (85, 8), *περιλαβεῖν* (98, 9), *ἐγένετο* (100, 3) etc. (cf. 111, 8 et 130, 8 ex coniectura).

(18) de dactylis

in el. 1–2: raro inveniuntur (~1,4%), ap. Herodam ~2,3%, ap. Hipponactem et Callimachum ~0,6% (cf. Cunningham)
in el. 5–6: plerumque (~8%), ap. Herodam ~2,2%, ap. Hipponactem et Callimachum fere numquam (~0,8%, cf. Cunningham).
Dactylus pes hac ratione conformari solet:
L+BB (...) vel L^b+BB (...), plerumque in el. 1–2, cf. *τοὺς πόδας* (2, 10), *εἰς λύκον* (53, 1), *τὸν τόπον* (50, 10), *εἰς πόλεμον* (85, 17), *ὦ πέλαγος* (71, 3), *μοι χάριτας* (50, 15), *στὰς ἐπὶ* (97, 5), *τις βίον* (108, 1), *μοι περιτέθεικεν* (100, 7) etc.
(...) L+BB (...) vel (...) L^b+BB(...), in el. 5–6: cf. *ὑγραῖς χολάσιν* (1, 10), *ὄψου δ' ἔτυχε* (4, 2), *φυσῶν ἔκαμε* (9, 5), *παρέλκειν ἐπετίθει* (7, 2), *θελήσας περιβαλεῖν* (11, 2), *οἰκόσιτος πρότερος* (108, 4), *ἐλθεῖν ὑπό τε* (108, 15), *ἀκούων παρὰ* (111, 12), *κεράστης ὑπὸ* (43, 1) etc.
(...) L+B+BB+ vel (...) L^b+B+B+ (rarius): cf. *αὐτοῖς ὁ πόνος* (38, 3), *λέων· ὁ δ' ὄνος* (67, 2), *πολεμίων τὸ γένος* (85, 8) etc. vel *βράδιον τὸ δὲ* (127, 7), *μῦς ὁ δὲ* (82, 2) etc.
L^bBB ... vel LBB ... cf. *συνθέμενος* (30, 6), *ἐξέφαγε* (86, 5), *σκεψόμενος* (54, 2), *πνιγόμενος* (60, 2), *ἡμίονος* (62, 1), *ἀμφίβολος* (87, 6), *ἀρχόμενον* (82, 9), *βουλόμενος* (119, 12).

(19) Quaestionem de pedibus solutis in pauca conferam:
a – Babrius anapaestum plerumque in primo pede (el. 1–2) adhibuit, tribrachum in altero pede (el. 3–4), dactylum in tertio (el. 5–6) (etiam tragici poetae dactylum plerumque in tertio pede adhibuerunt, cf. tab. ap. Korzeniewski 55).
b – Inter BB (i. e. binas breves syllabas in el. longis 2, 4, 6, 8) bisyllabi vel polysyllabi vocabuli exitus non occurrit et polysyllabum vocabulum numquam in BB desinit[1]); quas leges, quamvis in primo quidem pede minus anxie, plerique iamborum scriptores graeci necnon et tragici poetae observarunt, cf. Korzeniewski 54 et J. Irigoin, Lois et règles dans le trimetre iambique ..., Rev. Ét. Gr. 72, 1959, 67sqq. locis *ποτέρ' ἀναβαίνειν* (8, 2) et *ὑπὸ μύλην* (29, 2) nullum vitium inest: nam ob elisionem et praepositionem arte cum vocabulo suo coniunctam binae breves BB vocabuli exitu minime dividuntur. excipiendi sunt insequentes loci, omnes, quod maximi momenti est, in choliamborum initio (i. e. in el. 1–2):
95, 91 *ἔγκατα λαφύσσων* (–◡◡ = L^bBB+), Suidae lectio. cod. A habet *σάρκας λαφύσσων*. – 79, 7 (epim.[1]) *βίος ἀβέβαιος* (◡⏔ = BB+B ...) quod facile corrigas: *βίος οὐ βέβαιος* (i. e. ◡◡– = BB+L, v. supra § 16), nam Babrius saepe litote usus est (v. infra cap. 6.6f). – 79, 8 (epim.[1]) *ἐλπίσι ματαίαις* A (e. g. –◡◡ = L^bBB+), quae verba, ni fallor, nullo modo aliter in choliambo disponas. cum nulla sit lex sine exceptione et non omne Babrii opus ad nos pervenerit, nescio an a poeta nostro abiudicem trisyllabi pedis formam in trimetri quidem initio (el. 1–2) e. g. ab Euripide haud raro adhibitam, cf. Eur. Or. 71 *παρθένε μακρόν*, ibid. 220 *στόματος ἀφρώδη*, ibid. 224 *ἄφελε προσώπου*, ibid. 296 *ἔχομεν, ὅταν*, etc. – 111, 21 (epim.[1]) *πολλάκις ἐν οἷς τις* A, ubi facile rescribas verbis modo transpositis *ἐν οἷς τις ἠτύχησε*[2]) *πολλάκις πταίει* (A haud raro huiusmodi mendis laborat, cf. e. g. 70, 2). – 116, 16 (epim.[1]) *κακὸν ἐπιχαίρειν* (i. e. ◡⏔ = BB+B ... cf. 79, 7 supra), locus certe aliis quoque de causis corruptus (cf. adn. ibid.); fuit e. g. *κακόν ἐστι χαίνειν* (i. e. BB+L^b ...) vel *κακοῖς ἐπιχαίρειν* (anap. in altero pede).
Epimythia choliambis inclusa (epim.[1]), exceptis locis quos modo contuli, pedes trisyllabos semper ad Babrii normas conformatos exhibent: cf. 9, 11; 12, 25; 22, 14;

---

1) Legem hanc apud Babrium agnovit C. Lachmann, cf. Babrii edit. (Berol. 1845) XIVsq.
2) Cf. vocem proparoxytonam in hephthemimere, v. supra § 10.

34, 12–14; 40, 5; 43, 16–17; 47, 15; 50, 20; 56, 8; 60, 6; 82, 9; 85, 19; 87, 7; 94, 9; 96, 6; 98, 22; 103, 20 etc.

c — Prior vel altera elementi longi soluti syllaba (_ = ◡◡ = BB) perraro 'correptione attica' corripitur: 64, 5 (BB = *μελᾰθρ-*), 88, 2 (BB = *ᾰδρι-*), 95, 32 (BB = *ἔπρε-*), 95, 43 (BB = *ἔπεκρ-*): ideoque in 128, 13 dubito num recte *περῐτρ-* coniecerit Rutherford et 75, 7 malui cum Crusio aliisque *μᾱκρ-* (= L[b]) quam *τὸ μᾰκρ-* (= BB). in epim.[1] habes solum 34, 14 *κατᾰχρ-* (= BB). etiam apud ceteros iamborum scriptores et apud tragicos perraro correptio attica in BB occurrit (cf. Korzeniewski 54 adn. 60).

(20) Babrius cavit ne enclisis accentus acutus in el. 3, 5, 7, 9 incideret (de accentus acuti vi ante encliticam vocem positi cf. supra § 3 et adn. ad loc.). enclisis accentus acutus fere semper in el. 2, 4, 6, 8 (i. e. in elementis longis) cadit. cf. e. g.: 6, 12 *ὕστερόν με* (el. 8); 13, 11 *ἔλαβόν σε* (el. 2); 17, 2 *ϑύλακός τις* (el. 4); 25, 8 *καί τις εἶπε* (el. 6); 26, 12 *ἄρχεταί τι* (el. 8); 48, 8 *εἴσομαί σοι* (el. 8); 48, 4 *βούλομαί σε* (el. 4); 71, 6 *μή με* (el. 8); 94, 6 *καρχαρόν τι* (el. 8); 102, 11 *ἀεί ποτ'* (el. 6); 103, 15 *καί με* (el. 6); 106, 26 *εἴ τις* (el. 6); 132, 7–8 *μή τις* (el. 4); *μή μου* (el. 4) etc.
Excipiuntur:
in el. 3: 6, 17 (*μάταιός ἐστιν*); 13, 6 (*πελαργός εἰμι*); 38, 3 *γένοιτό τ'* editorum est coniectura pro *γένοιτο δ'* A, cui nullum vitium inest; 7, 16 *τοῦτ' αὐτό μοι* vix recipias: *τοῦτ' αὐτ' ἐμοί* correxi (cf. 12, 19; 43, 18).
in el. 5: 53, 8 (*μή δέ μοι* A) potius *μηδ' ἐμοί* corrigas quam *μηδέ μοι* (Lachm. al.) vel *μὴ δή μοι* Crus. al.; 130, 11 *πῶς σοί τις* V edd., recte Vaio correxit: *πῶς τις σοί.*
in el. 7: excipiuntur nexus simillimi *καιρός ἐστι* (9, 13; 60, 4; 88, 11), *κωφός ἐσσι* (77, 7), *ταρσός ἐστιν* (124, 18); in 95, 32 (*ἔπρεπέ σοι*) et 128, 4 (*μῆλά σοι*) *σοί* scribi potest; 126, 9 *πονηρός ἐστιν* locus est dubius; in 48, 7 (*μηδέ μοι* A edd.) facile scribas *μηδ' ἐμοί.*
in el. 9: 53, 7 (*σύ γ'*); 51, 1 (*εἶχέ τις*); 62, 3 (*ἐστί μοι*); in 92, 7; 110, 2; 115, 7 *σοί* fortasse scribendum.

(21) De syllabarum quantitate

(1) de V̆ ante 'mutam cum liquida' posita: Babrius in hac re maxima cum libertate se gessit: syllabam multo saepius produxit quam corripuit (cf. P. Maas, Gr. Metr. § 124) sed, ubi necesse erat, etiam in coniunctione gravi quam Schade vocavit[1]) syllabam corripuit: cf. e. g. 1, 9 *ε̄κρ-*, 21, 5 *ρ̄οτρ-*, 1, 14 *με̄πλ-*, 3, 5 *μᾱκρ-*, 4, 1 *βε̄βλ-*, 15, 12 *ᾱγρ-* etc. sed e. g. 4, 5 *ᾰγρ-* et *τŏπλ-*, 6, 10 *δε̆πλ-*, 23, 1 *μᾰκρ-*, 71, 6 *με̆βλ-*, 89, 4 *ἔβλ-*, 96, 2 *λᾰβλ-*, 51, 5 *δε̆πρ-*, 78, 1 *-ρῐκλ-* etc. est tamen cur dubites num Babrius *ἔϑνη* (70, 6; scripsi *ποτ' ε̄ϑνη*) et *φᾰτναισι* (129, 8: tota fabula valde corrupta) mensus sit (cf. 62, 1 *φᾰτν-* in el. 11): qua de causa nolui post versum fr. 16, 2 hemistichium prius *μήπω κᾰπνισϑέν* (Gitlb. Crus.) restituere. correptiones quae in epim.[1] occurrunt omnino cum Babrii arte concinunt: cf. e. g. 13, 14 *τᾱβλ-*, sed 14, 5, 60, 6 *τᾰβλ-*, 107, 19 *ᾰγρ-* ut 4, 5; 83, 6 *τᾰφρ-* ut 28, 1 *μᾰφρ-* et 136, 15 *με̆φρ-*, 33, 25 *τῑπρ-* ut 137, 3 *τŏπρ-*, 5, 11 *σε̆πλ-*, 4, 5 *τŏπλ-*, etc. praesertim ratio qua in epim.[1] coniunctio gravis *βλ* tractatur mea quidem sententia Babrii manum sapit.

(2) de syllaba brevi V̆ζ: Babrius syllabam V̆ζ interdum corripuit (quod perraro accidit apud ceteros poetas, cf. P. Maas, Gr. Metr. 123: e. g. semel ap. Theocr., Nicandr. etc.): cf. 14, 4 *δε̆ζ-*, 53, 4 *σῐζ-*, 95, 29 *με̆ζ-*, 107, 16 *τῐζ-* (sed etiam e. g. 25, 1 *μηκέτῑ ζώειν*, 23, 2 *ἀνε̄ζήτει* etc.). adde fr. 8, 4 *τῐζ-* et fr. 15, 5 *ε̄ζ-*. etiam in epim.[1] habes e. g. 31, 22 *τŏζ-*, 18, 6 *ρε̆ζ-*, 83, 6 *τῐζ-*, quod denuo in eis Babrii ipsius manum prodit.

(3) in elementis longis (el. 2, 4, 6, 8, 10) Babrius saepe vocalem brevem ante binas

---

1) Cf. J. Schade, De correptione Attica, Greifswald 1908, et W. S. Allen, Vox Graeca, Cambridge 1974[2], 102.

consonas vel duplices consonas in vocabuli initio positas produxit, quod iamborum plerique scriptores vitarunt (in primis tragici comicique poetae): cf. J. Hilberg, Princip der Silbenwägung, 1879, 206sqq. et 233sq.; P. Maas, Gr. Metr. 125. cf. e. g.: 5, 9 *ἀμείνονᾱ σχὼν* (cf. adn. ad loc.), 45, 1 *ὁ̄ Ζεὺς*, 57, 11 *ἔτῑ προελθεῖν*, 57, 13 *ἐπῑ γλώσσης*, 86, 10 *γαστέρᾱ σχῆς* (cf. adn. ad loc.), 72, 17 *τὸ̄ πτερὸν*, 98, 12 *δὲ̄ πτερωθεὶς*, 100, 7 *ὁ̄ τροφεὺς*, 103, 15 *δεῦρο̄ γλυκεῖα*, 124, 18 *ὅτε̄ δροσώδης*, 131, 13 *τότε̄ χρείῃ* (cf. adn. ad loc.) etc. qua de causa malim e. g. in 136, 12 et 137, 4 tabularum (Π_2) lectionem servare (i. e. *ποτε̄ στάς* et *ποτε̄ πτάς*) potius quam cum edd. *ποθ' ἑστώς* et *καταπτάς* scribere.
Uno loco Babrium, Homeri imitatorem, in elemento longo etiam ante consonam *σ* initialem vocalem brevem in vocabuli exitu positam produxisse mecum conicias velim: nam hac ratione sanus evadit locus ab editoribus varie retractatus: 99, 4 *τωκύπτερᾱ σου* A (el. 4). vocales breves hac ratione productas grammatici graeci iam diu in Homeri textu agnoverant: *σ* littera duplicis consonae vim habens ad nonum qui tunc vocabatur Heliodori *τρόπον τῆς κοινῆς συλλαβῆς* spectabat, cf. Heliod. ap. Choerob. schol. in Hephaest. p. 206, 16sqq. Consbr. Heliodorus grammaticus Homeri locum omnino cum hoc Babriano concinentem in opere suo attulit, *Ἀρτέμιδῑ σε* (Od. 6, 151), nam in utroque exemplo brevi vocali vis enclisis accentus superadditur (vide p. XCIX adn. 6). enimvero recentiores iamborum scriptores huiusmodi *τρόπους* ex Homeri prosodia haustos metri gratia haud raro adhibuerunt: cf. e. g. Amphilochii Iconiensis Iambos ad Seleucum (ed. E. Oberg, Berlin 1969): v. 148 *θηρίᾱ πεπλεσμένα*, v. 258 *καὶ νόθᾱ νομίσματα*, v. 95, v. 174, etc.

(4) de dichronis: dichronis, i. e. ancipiti vocalium *α, ι, υ* quantitate, Babrium nonnumquam usum esse certi quidam loci testantur: *ᾱεί* 44, 8; 64, 9; 85, 7; 102, 11: *ᾰεί* 39, 1; 61, 7; 112, 9. *κέρᾱτα* 21, 4; 43, 12: *κερᾰτα* 43, 15 (cf. recentiores epicos poetas). *φῐλος, φῐλέω* et sim. semper: *φῑλαγρεύταις* 107, 10. *ῑδίῃ* 10, 2, *ῑδίων* 66, 6: *ῐδίας* 45, 8. *δέδῑθι* 75, 2 (cf. adn. ad loc.). *καθῑκέτευε* 95, 47 (cf. Hom.): 6, 5. 12 *ῐκέτευεν*. *τῑνω* 27, 3, *τῑνεις* 137, 5: *ἐκτῑνων* 34, 13 (cf. tragicos poetas). *ἴσχῠεν* 19, 6, *ἰσχῡων* 96, 6: *ἰσχῡει* 47, 12; 112, 10, *ἰσχῠων* 76, 16, *ἰσχῡω* 95, 7 (*ἰσχῠ-* habent recentiores poetae, cf. LSJ s. v.). *ὀρῑτρόφων* (ex *ὀρειτρ-*) 106, 3, sed *ὀρειφοίτων* 91, 2. quam ob rem e. g. 13, 13 *μῐσηθήσῃ* A, 88, 8 *κορῠδοῦ* AV, 97, 12 *θῠμα* Π_2 A servare malim (cf. adn. ad locc.).
Veterem de dichronis doctrinam, ex Homeri prosodia desumptam (laudabant grammatici in primis locum insignem *E* 31 = 455 *Ἆρες Ἄρες* . . .) vide ap. Sext. Empir. adv. gramm. 100–110 (cf. 105 *δίχρονα κοινὴν φύσιν μήκους τε καὶ βραχύτητος ἀξιούμενα ἔχειν*). cf. etiam Dion. Hal. comp. verb. 50, 14sqq. Us.-Rad. et dissertationem H. Kuhn, Symbolae ad doctrinae *περὶ διχρόνων* historiam pertinentes, Bresl. Philol. Abh. VI 3 (1892).

(5) de vocalibus inter se concurrentibus:
a) diphthongum in hiatu correptum habes in: 1, 8 *πο̆ιητόν*, 28, 7 *το̆ιοῦτον*, 97, 2 *προσπο̆ιηθείς*, 103, 5; 106, 17 *προσπο̆ιητά*, fr. 7, 9 *προσπο̆ιούμενος*. Babrii aetate hoc erat primus *τρόπος* ad *κοινὰς συλλαβάς* spectans, vide Hephaest. p. 3, 5sqq. Consbr. (qui inter cetera exemplum affert *το̆ιαύτας* ap. Aeschylum).
b) synizesin Babrius adhibuit in: el. 10: cf. 104, 7 *ἐπιεικείης* A, quod recte servavit Crusius. el. 11: cf. 65, 1 *ταῶνι* quod ex A restitui (cf. adn. ad loc.). in el. 10 et 11 synizesin, perraro quidem, etiam Herodas adhibuit: cf. Herod. II 25 *ἀλεωρή* (el. 11); V 60 *ἡμερέων πέντε* (el. 10); VII 121 *σαφέως κεῖται* (el. 10); VIII 5 *ἐννέωροι* (el. 11); fr. XIII Cunn. (= XI Knox) *εὐμαρέως εὑρεῖν* (el. 10). de synizesi (vel *συνεκφωνήσει*) cf. quae Babrii fere aetate docebant grammatici et metrici scriptores,

cf. Hephaest. p. 8, 12sqq. Consbr. (in primis 8, 21 ... *βραχεῖα καὶ μακρὰ εἰς μίαν μακράν*) et Scholia A in Hephaest. p. 105, 10sqq. Consbr. quo loco facile explicatur cur formae *ταῶνι* syllaba *-νι* a diasceuastis detruncata sit.

(22) De synalipha

De synalipha ap. Babrium accuratius disseruerunt O. Crusius in Prolegom. pp. L sqq. et M. Ficus 845sqq.
a) Babrius saepius bisyllaba quam polysyllaba elisit
b) in uno versu raro plus quam duas syllabas elisit; duas syllabas elisas habes in ~53 vv., tres syllabas elisas in 50, 6; 53, 7; 79, 5; 84, 6; 88, 13; 129, 7, quattuor in fabulis servatis nusquam.
c) Babrius *α, ε, ο, ι, αι* in verborum exitu elisit.
Exempla quaedam potiora tibi subicio: bisyllaba elisa:
B(B) saepe *ὅδε, τάδε, πότε, ποτέ, τότε, ὅτε, ἵνα, τάχα, τίνα, ὅσα, παρὰ, κατὰ, ἐπὶ, ἔτι, δύο* ... raro *κύνα* (128, 8, locus corruptus), *πόδα* 134, 7 et sim.
L[b](B) vel L(B) saepe *τήνδε, τῇδε, οὐδὲ, μηδὲ, οὔτε, αὖτε, ἀλλὰ, ἔνθα, εἶτα, πάντα, ἄλλα, ταῦτα* ... rarius *σῶμα, ἄνδρα, παῖδα, πνεῦμα, νύκτα, εἶδε, εἶχε, ᾖσθα, εἶπε, ἔστι, ἦλθε, χαῖρε,* sed non *ἐλθέ,* ut videtur (cf. 12, 11 adn. ad loc.).
polysyllaba elisa:
μήποτε, ἑκάστοτε, οἴκαδε, ἐνίοτε vel *ἔπειτα, ἡνίκα, ἔσχατα, ὕστατα, ἅπαντα, τοσαῦτα, ὁθούνεκα* (25, 3, cf. Herod. VI 62) etc.
οὔατα, χελιδόνα, εὕρεμα, ἀλώπεκα, φίλτατε etc.
ἀπῆλθε, ἔφευγε, διῆκε, κἀπῆλθε, ἤριζε, ὤμνυε, ἐδείκνυε, ἔδοξε, ἀκούσατε, πειρᾶσθε, πείσεσθε, ...
ἐφύετο, ἠρνεῖτο, ἀνείλετο, ηὔχετο, προσηύχετο, ἐπαύσατο, ᾤχετο, ἐμέμφετο, ἠλαζονεύετο
ἔλθωσι
ὠφελοῦσα, φυσῶσα
ὀρχεῖσθαι, καθεδοῦμαι, γεγονέναι (cf. adn. ad 59, 14). cf. e. g. Herod. I 27 *γίνετ(αι)*, ibid. 60 *ἐπόψετ(αι)*, VI 63 *ἐργάζετ(αι)* etc.

(23) De crasi

Cf. M. Ficus 847–848 et Crusius, Prolegom. p. LVI–LVII et H. L. Ahrens, de crasi et aphaeresi 1–20.
Saepissime Babrius *καί* cum *ἐκεῖνος* (semper in v. initio), *ἐκείνη, ἐκεῖ* coniunxit, cf. etiam *καί* particulam cum *ἐμέ, ἐγώ, εἰς, ὁ, ἡ, οὐ, οὐχ, ἔτι, ἐγγύς, ὅπως* coniunctam, cum substantivis (cf. e. g. *κἀπλάνητον, κἀνθρώπου, κἰχθύς, κἀπίμιξις*), cum verbis (*κἀτίμα, κἀπέθεντο, κἀπῆλθ', κἀπόβαλλε, κἀπώμοσ', κἀνέμοντο, χὐπέτεμνε, κἀφώνει, κἄτρεφεν, κἀφίλει, χὐπέμεινε* etc.). cetera crasis exempla ex articuli formis *τὸ τὰ* cum vocali insequenti coalescentibus constant, cf. *τοὔλαιον, τοὐμόν* (51, 6), *τοὔργον, τἀμά* (13, 11; 30, 9), *τἀσθενῆ, ταὐτά* (47, 14). habes etiam *προὐκαλεῖτο, προὔδωκεν, ὁπουστί, ὁθούνεκ'*. in codice A saepe crasis omissa est: cf. Prol. I 10; 30, 5; 50, 20; 64, 12; 106, 7 etc.

(24) De aphaeresi

Cf. M. Ficus 848; Crusius, Prolegom. p. LVI et H. L. Ahrens 21sqq.
Has tantum aphaereses in fabulis servatis reperies: 32, 9 *δαίτη 'λέλυτο*, 48, 6 *μὴ 'πιλιχμήσῃς*, 103, 2 *χρόνῳ 'γεγηράκει.*

6. ADNOTATIONES DE BABRII SERMONE ET STILO

(1) De dictione Babriana luculenter disseruerunt A. Eberhard, Observationes Babrianae, Berlin 1865, 14sqq.; Th. Zachariae, diss. Göttingen 1875; W. G. Rutherford in Prolegomenis ad Babrii editionem Londinii 1883 prolatam (pp. L sqq.); ipsa commentationem scripsi La cultura letteraria di Babrio, ASNP V 1, 1975,

17–97, ubi varios diversosque fontes ex quibus Babrius sermonem suum concinnavit singillatim inspexi. brevitatis gratia nolo hanc quaestionem retractare. hoc tantum addam: Babrii *λέξιν*, modo *ποιητικήν* (cf. in primis iuncturas locutionesque ex Homero tragicisque poetis repetitas), modo ex cottidiano illo vulgatoque sermone qui *κοινή* vocatur haustam, modico ubique dialecti Ionicae colore exornatam, optime cum rationibus virtutibusque congruere quae propriae sunt *γλυκύτητος ἰδέας*, quam Hermogenes rhetor medio saeculo II p. Chr. n. vocavit et descripsit: cf. Hermog. *π. ἰδ.* 336, 1sqq. Rabe et quae singillatim exposui in commentatione Fra poesia e retorica, QUCC n. s. 19, 1985, 117 sqq. Babrius ipse, ubi subobscuris *σοφωτέρης μούσης γρίφοις* suam *λευκὴν ῥῆσιν* opponit (cf. Prol. II 10sqq.), lectoribus suis novam quandam poetandi artem rhetoricam, ut ita dicam, commendat (cf. Prol. II 6 *νέῃ Μούσῃ*) quam *μυθιάζεσθαι* vocat. huc componas velim quae de *ἱππείῳ* clausula supra adnotavi (cap. 5.7).

(2) De *η* Ionico pro vulgato *α* et de *-ττ-* Attico

Quo melius codicum inconstantiam inspicias, exempla quaedam potiora tibi subicio (cetera in apparatu invenies): *καλιήν* 118, 2 A Π_1; *μοίρης* 12, 24 A (epim.[1]), 113, 16 A, 118, 9 A; *οἰκίης* 17, 1 A Π_3 (*οἰκίειν* G): *-ίας* 59, 13 A; *μακράν* 23, 1 A, *-ᾶς* 92, 3 A: *-ή* 15, 4 A, sed *ἐχθράν* 11, 1 A G Π_3, *αἰσχρᾶς* 10, 1 A G Suid., *λαμπρᾶς* 116, 4 AV; *θήρην* 61, 5 G: *-αν* ibid. A: *-ης* 95, 48 A; *ἀληθείας* 57, 14; 81, 4 A: *-ης* 81, 4 A in mg.: *-ης* 95, 99 A; *χώρην* 26, 1 Suid.: *-αν* ibid. A: *-ην* 33, 15 A: *-αν* ibid. V: *-αν* 68, 8 AV: *-ην* 108, 13 A: *-ης* 33, 20 AV: *-αν* 37, 4 A; *ἡμέραν* 10, 7 (etiam G); 83, 1; 102, 11; 106, 26; 119, 2 A: *ἡμέρῃ* 83, 2 AV; *ἑσπέρης* 16, 5 A: *-ας* ibid. Π_3: *-ην* 29, 2 A G: *-αν* 83, 1 V: *-ης* 114, 1 A: *-ας* ibid. V; *ὥρῃ* 88, 6. 17 AV, 33, 1 AV, 22, 1 A G: *-ας* 28, 4 AV: *-ης* 12, 4 A; 131, 6 V; *λίην* 21, 4 A: *-αν* ibid. V: *-ην* 36, 6 A: *-αν* 100, 1 A, *-αν* 95, 77 A, *-ην* corr. A[1]: *-αν* 116, 4 AV; *ἤν* 21, 8 A: *ἄν* ibid. V: *ἄν* 47, 10 A: *ἤν* 47, 13 A: *ἤν* 64, 8 A G (*η* G): *ἄν* 7, 5 A: *ἤν* 103, 17 A; *Βορέᾳ* 18, 1 A: *Βορέῃ* ibid. Suid.; *Ἑρμείαν* 30, 1 Suid.: *-είην* ibid. A; *συνηθείης* 33, 7 A: *-είας* ibid. V: *-είᾳ* 61, 9 A: *-είαν* G ibid.: *-είης* 106, 13 A; *προθυμίην* 116, 7 A: *-ίαν* ibid. V; *βαθέην* 25, 7 A: *-εῖαν* ibid. Suid. contra metrum; *αἰκείῃ* (*-ίῃ*) 11, 2 Π_3 A G (*ικιει* G): *αἰκίην* 93, 3 A; *πήρῃ* 86, 1 A: *-ρα* ibid. Suid.; *βίᾳ* 18, 5 A: *βίῃ* 47, 6; 95, 75; 102, 2 A; *ὀξείῃ* 6, 15 A: *ὀξείην* 133, 1 V: *ὀξέῃ* 77, 4 A; *σφῆν* 94, 8 A: *-ῶαν* Suid. ibid.; *ἠπιωτέρην* 71, 10 ipse A; *ἰήσῃ* 120, 7 A, sed semper *ἰατρός*, *ἰατρεύω*, *ἰατρεῖα*; *ὠχριήσας* 92, 8 Suid.: *-άσας* A ibid.; *ἀπείρητος* 95, 63 A (vox epica); *γαίης* 71, 10 A G; *νεηνίσκοις* 107, 10 A; *θεητός* 77, 5 AV (recentioris Ion. dialecti)

de *-ττ-* attico cf. e. g.: *κρείσσων* 15,7; 67, 2; 72,14 A et 114, 2 AV; *κρεῖσσον* 9, 9 A: *-εῖττον* G ibid.; *πράσσειν* 5, 12 G: *-άττειν* ibid. A: *-άσσειν* 26, 12 A; *θᾶσσον* 127, 9 V; *πράσσῃ* 127, 9 V, sed semper *λιμώττειν*, *ἥττης*, *ἥττων*. adde: 52, 1 *ἄρσενες* G: *ἄρρενες* A ibid.

verborum in *-άω*, *-έω*, *-όω* exeuntium formas contractas Babrius semper adhibuit: epicum (*ἐ*)*πωλεύμην* habes in 128, 11 V.

